DE REBUS SACRIS ET ARTIBUS VETERUM TARENTINORUM.

SCRIPSIT

RUDOLPHUS LORENTZ,
PHILOSOPHIAE DOCTOR.

ELBERFELDIAE,
APUD HENRICUM BÜSCHLER.
MDCCCXXXVI.

ELBERFELDIAE, Ex Typographia Hübneri et Heickmanni.

Accipe erudite lector, satis longo tempore praeterlapso, Tarentinarum disquisitionum specimen tertium, quo post origines et res civiles illustrissimae urbis sacra et artes diligentius examinantur. Jam enim scribendi copia facta, quum regii gymnasii Cliviensis annalibus disputatio addenda esset, dum ego schedas meas excutio, iniquioribus justo circumscriptus chartarum angustiis, vix aliud inveni, quod minus excederet libelli scholastici propositos fines quam hanc de rebus sacris et artibus Tarentinorum scriptionem. Simul fore sperabam, ut gratificarer paucissimis illis historiae Graecae studiosis, qui vellent continuari a me, quae ante hos quattuor annos in disquisitione de civitate Tarentina (annalibus scholae Portensis inserta) exhibui, quod si paullo latius exspatiari concessum fuisset, libentissime subjunxissem quaedam de viris Tarentinis doctrina claris et de populi Tarentini dialecto conquisita, quae, ut nunc res sese habet, in futurum tempus reservanda sunt. Utique mihi accidet gratissimum, si forte quando, iterum scribendi occasione oblata, non haec solum sed etiam bellorum gravissimorum, quae gesserunt Tarentini, uberiorem recensionem dudum a me institutam prelo subdere potuero. Tu vale benevole lector atque his qualibuscunque utere.

Liber de rebus sacris.

Deorum solemnia et anni ordinandi ratio.

Quam populi Tarentini indolem moribus ejus atque institutis quasi impressam cognovimus, pessimae luxuriae dico notam, quid mirum est, eandem in rebus sacris conspici, optimis quippe ingenii humani indicibus? Publica convivia sacrificatis bobus uno quoque fere mense apud Tarentinos celebrata esse, alio loco ex Athenaeo IV. p. 166. f. retulimus [1]), quid autem quod Strabo VI. p. 291. Tzsch. ob res secundas luxuriem in civitate ita invaluisse dicit, ut plures celebrarent publicas festivitates per annum Tarentini, quam dies annus habet? Quod etsi facete magis quam vere a scriptore dictum esse nemo non sentit, nolumus tamen, cum eadem verba Strabonis epitome tom. II. pag. 77. Hudson. et Eustathius ad Dionys. Perieg. 376. retinuerint, quosdam auctoris codices sequi, qui ita exhibent: *ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας ἐργατικάς*, ut fuerit sententia, habuisse Tarentinos ferias numero plures quam dies profestos, in quam partem cessit Heynius opusc. tom. II. p. 226. Haud absimilia tradidit de Atheniensium solemnibus Xenophon de republ. Athen. VII., 9, neque adeo mirus est in urbe incolis frequentissima insignis solemnium numerus. Quamvis enim Eustathius l. c. propter solam luxuriam et socordiam contendat perpetuas festivitates inventas esse a Tarentinis, uti proverbium est: *ἀργοῖς αἰὲν ἑορτή*, dubitari tamen nequit, quin nonnullae, ut peregrinos homines Tarentum allicerent, mercaturae adjuvandae gratia publice decretae sint. cf. not. ad Aquin. delic. Tarent. pag. 78 sq., ne illud etiam memorem, non omnem diem festum ab universa civitate, sed quosdam a singulis gentibus [2]) celebratos esse. Pellit me in sententiam meam id, quod partim de Sybaritis, partim de Crotoniensibus apud auctores (Scymn. 349 sq. Athen. XII. p. 522. cf. Ignarra de palaestr. Neapol. pag. 43. Heyn. opusc. tom. II. pag. 134.) proditum est, voluisse eos suis festivitatibus solvere Olympia, ut Crotonem et Sybarin non Olympiam hominum multitudo commearet: qua tamen re acerrimum reliquae Graeciae sibi conflarint odium. Concelebrabantur in Magna Graecia et alia solemnia, veluti Neapoli, quo Graecus populus affluebat Strabo V.

---

[1]) In disquisitione de civitate veterum Tarentinorum Lips. 1833. pag. 25. [2]) Ne dubites, quin Tarentini phratrias habuerint, communibus sacris conjunctas civium societates, uti Neapoli, urbe quae Graeca vestigia servabat plurima Strabo V. p. 246. Ignarra de palaestr. p. 98 sq.; huc facit ipsum Pha-

1 *

p. 246. [3]), neque ego unquam fuisse proprium quendam Tarentinis in festivitates propensum animum negaverim, modo ne dicas, id potius luxuriae atque magnificentiae studio quam rerum memorabilium conservandae memoriae causa factum esse. Hoc enim probat Aeliani V. H. V., 20. locus, qui ita tradit, Rheginos, quum Tarentini a Romanis obsiderentur et fame coacti de ipsa deditione cogitarent, publice decrevisse, ut diem decimam quamque cibo cives abstinerent eumque Tarentinis concederent. Quapropter abeuntibus Romanis rei memoriam servaturus jejunii festum *τὴν καλουμένην νηστείαν* populus Tarentinus instituit [4]). Ad varia solemnia spectare varia attributa, quae manu praeferentem conspicimus in nummis Tarantem antiquum heroem (vide nos de civit. Tarent. var. loc.), merito conjecit Eckhelius. Quum uvam aut diotam ostentat, indicantur Dionysia, cum tridentem Neptunia, cum clavam Heraclea, cum tripodem Apollinaria, cum coronam praemium victori datum cet., quorum omnium Taras, quippe urbis conditor, velut largitor et auctor significaretur. Eckhel. vett. num. anecd. p. 33. cf. doctr. num. I. p. 146. Rasch. lexic. V., 1. p. 510. In his nihil mirum est, saepius Taranti attributa esse, quae ad diversos Deos pertinent, sic saepissime tridentem et diotam Mionnet. descr. num. tom. I. p. 138. 141. 143. 145. 146. Supplem. tom. I. pag. 277. 279. 282. 284 sq., tridentem et uvam ibid. p. 283., polypum et calicem p. 281., gubernaculum et diotam. Mionnet. I. p. 141. Jungitur cum tridente tripus, Apollinis signum ibid. p. 144. Supplem. p. 290., aut clava Heraclea Mionnet. I. p. 145., aut Cereris cornu copiae Suppl. p. 285. Cum diota conjungitur praeter tridentem cornu copiae Mionnet I. p. 149. Suppl. p. 283., et vix aliud dei symbolum. Tripus nisi cum tridente cum aliis Dei cujusquam signis non occurrit, nec magis clava et cornu copiae. Contra Victoria adjungitur cuivis Dei alicujus attributo, quippe significans victorem in ludis; sic cum tridente Mionnet I. p. 142. 145. et cornu copiae ibid. p. 146. Supplem. p. 289. eodemque modo corona cum tridente ibid. p. 283. Alia consociata inter se attributa ad unum tantum deum spectant, veluti ad Neptunum tridens cum monstro marino Mionnet. tom. I. p. 143. 145. Supplem. p. 291., vel tridens et acrostolium ibid. p. 289., vel idem tridens et vela Mionnet. tom. I. p. 147. Sed multa praeterea eodem modo finguntur, neque ulla in iis conspicitur rerum affinitas [5]).

Solebant deorum solemnia celebrari sacris ludis, uti de Dionysiis liquidissimum est, quae quanta hominum petulantia acta sint, ex eo bene constat, quod Romanorum classi accidit, a Tarentinis dum ludos in theatro celebrant conspectae. Atque hoc quidem factum est inter ipsa Bacchanalia Flor. I., 18. Dio Cass. fragm. CXLV., 1, quum ebria esset ferme universa civitas (vide de civit. Tarent. p. 25.), sed alios sibi fingit Tarentinos ludos Plautus Menaechm. prolog. 29. Adamavere enim cives prae ceteris equestres ludos, de quibus etsi a veteribus scriptoribus disertius non est traditum, constat tamen e nummorum copia ad ejus generis ludos spectantium, addito magistratus nomine, cui in ludis praesidium esset. Conspicitur in nummis figura equestris coronata a Victoria Mionnet. tom. I. p. 136. Suppl. I. p. 281. 285., et quidem in ipso cursu Mionnet. I. p. 142., vel eques ipse sese coronans ibid. p. 142. 143. Suppl. p. 286. (in capitulo columnae positus, si recte conjicitur), vel manu coronam tenens ibid. p. 283. 286. (et cervus super hac), vel palmam Mionnet. p. 141. 143. Suppl. 289., vel ante equitem volat Victoria coronam tenens ibid. p. 287. [6]) Occurrit item Taras coronatus a Victoria Suppl. 278. 282. 283., vel cum sola corona Mionnet. I. p. 146. Suppl. 283. 291., vel cum Victoria Mionnet. p. 142. 145. 146.

---

lantiadarum nomen. ibid. p. 66 sq. [3]) Ut vel Olympiades Neapolitanae seriori tempore computatae sint. De certamine sic Strabo l. c. *πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα.* cf. Ignarra p. 108 sq. [4]) Aliud Tarentinorum festum, cui *Θαυλία* nomen, quale fuerit nescio. Haec sunt Hesychii verba: *Θαυλία ἑορτὴ Ταραντῖνοι, ἀχθεῖσα ὑπὸ Κτεάτου παρ' ὃ καὶ θαυλίζειν λέγειν τοὺς Δωριεῖς.* Erat solemne *Δαῦλις* apud Argivos, ut retulit Hesychius s. v., de quo hoc loco non cogitari potest. Recte animadversum puto ab interpretibus, vocem *Ταραντῖνοι* pertinere ad glossam praecedentem *θαυλακίζειν.* Cteatus quidam memoratus est in Iliade II., 621. cf. Heyn. ad Apollod. II., 7, 2. [5]) Sic colus cum hasta Mionnet I. p. 139, cum Victoria ibid. p. 141., cum acrostolio 143., cum diota 142. 146., cum uva 145. Supplem. p. 283, cum delphino ibid. p. 277., vel fusus cum diota. p. 288., temo et cornu copiae Mionnet I. p. 142., diota et scipio. Suppl. p. 287. [6]) Exhibent nummi etiam equitem subversum super equo. Mionnet. I. p. 143. Homo nudus equo insidens ibid. p. 144. nescio an sit Taras, certe idem conspicitur equum suum coronans. Suppl. I. p. 286. In nummo Heracleae Hercules se coronat, in alio coronatur a Victoria columnae or-

Suppl. 277. 288. 289. atque imprimis p. 292., ubi manu tenet Victoriam, quae coronam tollit. Sola denique corona est in nummo apud Mionnet. Suppl. p. 292., et quidem laurea Mionnet I. p. 148. Possint haec omnia ad terrestres Tarentinorum copias, bellorum victorias, militarem denique gloriam referri, jubet tamen de equestribus ludis et victoriis accipi alia nummorum series, ubi ipsos coronatos videmus equos, qui cursu victoriam reportarunt. Figura equestris equum coronans conspicitur Mionnet. tom. I. p. 140. 141. 142. 146. Supplem. p. 276. 282. 283. 284. 287 sq., atque insuper Victoria ipsum equitem coronans Mionnet. I. p. 143., mire femina equo insidens eumque coronans. Suppl. p. 289. In alio nummo figura equitem a Victoria coronatum amplectitur, gavisa ob victoriam ibid. p. 281., in alio vir equum retinet Mionnet I. p. 144., in alio femina p. 146., videlicet anxia animo, an victor eques futurus sit; sed clarius etiam apparet, de ludis cogitandum esse in eo nummo, in quo equus ante metam conspicitur Mionnet. I. p. 141., et ipsa meta. Suppl. p. 285. Ejusmodi ludi copiam fecere Tarentinis excolendae tantopere equitandi artis, ut vel in bellis equitum virtus inclaruerit. cf. de civit. Tarent. p. 52 sq.; accedebat egregia equorum Apulorum indoles, quae etiam Thuriorum cives ad equestria certamina instituenda impulit, Thuriis [7]) denique idem studium Romam transiit. Tacit. Ann. XIV., 21. Heynii opusc. tom. II. p. 133. Equestres Tarentinorum ludi quam magnifice celebrati sint, ex iis conjicere licet, quae de pompis Agrigentinorum et quibusnam ii honoribus victores condecoraverint, Diodorus XIII., 83 tradidit. Erant autem illa certamina equestria nonnunquam *λαμπαδηφορίαι*, ut ii docent nummi, in quibus eques conspicitur cum taeda, quam citato cursu tenet dextra extensa. Mionnet. Suppl. I. p. 285. 286. Rasche Lexic. rei num. V., 1. p. 518. Instituebantur *λαμπαδοδρόμια* inprimis in honorem Promethei, Hephaesti, Panos, Minervae (Hellotiae, lunae Deae Boeckh. explic. ad Pind. pag. 216.) et Artemidis cf. Bekker anecd. I. p. 288. 277., eorum omnino numinum, quibus cum igne res est. Boeckh. oecon. Athen. tom. I. pag. 496 sq. Creuzer Symbol. varr. locc. Cui Deo Tarentini cives *λαμπαδηφορίας* celebraverint, nisi Minerva est, non habeo dicere, erant eaedem ad Neapolitanos Athenis, ut conjicitur, allatae Ignarra de phratr. p. 138, nec mirum est in his ludis depugnasse equites, cum simili ratione temporibus Socratis apud Athenienses res instituta fuerit. Plato de republ. I. init. De singulorum deorum solemnibus eo loco verba facturi, ubi de diis ipsis sermo habendus erit, id modo adnotamus, Tarentinos praeter haec patria sua solemnia communibus etiam interfuisse veteris Graeciae ludis, in quibus ex civibus Tarentinis complures victoriam reportarunt. Confirmant de Pythiis ludis sepulcrum Pythionici Polyb. VIII., 30, 9 et magna Tarentini populi erga oraculum Delphicum religio, de Olympiis [8]) nomina victorum. Diodor. XV. 23., XVI. 37. Pausan. VI., 14, 5. vide infra.

Priusquam de singulis Deis verba faciam, pauca de temporum ratione eorumque computandorum doctrina addam, quam cum Deorum solemnibus et sacrorum administratione junxerat antiquitas et in sacerdotum [9]) manibus posuerat. Exstant duo tantummodo vestigia in mensium nominibus, quae Heracleensis tabula servavit, memoratos enim illic legimus Apellaeum et Panemum. Ac prior ille mensis, qui fragmenti Brittannici occurrit initio p. 147. 205. inter Macedonum menses locum habet, Apellaeum enim Suidas s. v. *Ἀπελλαῖος* apud Macedones decembrem esse, et nonum anni mensem Josephus antiq. XI., 5. scribit. Equidem nullus dubito, quin Apellaei vetus Doriense nomen fuerit, quod a Spartanis, quorum quinque tantum menses novimus, per Tarentinos acceperint Heraclienses, cum idem ad Macedones quoque abiisset. Atque huc fert ipsius nominis etymologia ab *ἀπελλάζειν* [10]) verbo Laconico pro *ἐκκλησιάζειν* Plut. Lycurg. 6., cujus radicem *ἀπελλαί* Hesychius explicat *σηκοί, ἐκκλησίαι, ἀρχαιρεσίαι*, nomen igitur inde mensis obtinuit, quod prae aliis concionibus ad magistratus creandos convocatis destinatus esset. cf. Mazocchi ad tab. Heracl. p. 147. Quo mense quove anni tempore et Tarentini et Hera-

---

dinis Jonici insistente. Eckhel num. anecd. p. 36. [7]) Aut ex Etruria Liv. I, 35. Apud Etruscos enim equorum certamina in usu fuisse testantur opera caelata Velitrarum urbis in Latio, *ἱππικοὺς ἀγῶνας* exhibentia, edita a Marco Carloni bassirilievi Volsci. Rom. 1785. fol. tab. III—VII. [8]) Metapontinorum exstabat Olympiae aedicula Athen. XI. p. 277. Schweigh. cf. Pausan. VI., 19, 8. [9]) In civitate Tarentina mercaturae opibus adaucta non magna esse potuit sacerdotum auctoritas. Quin divitiis ornati fuerint non repugnem, cum templis agri annexi essent, uti cognitum est de Junonis Laciniae templo Liv. XXIV. 3, probantque Heracleenses tabulae. [10]) Sed aliter Müllerus explicat Doriens. tom. I. p. 301.

clienses annum suum inceperint, id quidem incertum manet; ut enim — quod dubitamus cf. Ideler Lehrbuch der Chronol. p. 163 sq. — vernali aequinoctio Macedonicus annus initium habuerit, quippe in quo Apellaeus nonus mensis erat, potuit tamen ordine suo Apellaeus alius esse apud Tarentinos et Spartanos [11]), quorum annus autumnali aequinoctio inceptus est. Müller Dor. tom. II. pag. 125. Alter, cujus in tabula Heracl. mentio injicitur, mensis est Panemos vel Panemus, quo agrorum conductorum mercedem ipsi conductores solvebant. Hunc pariter invenimus inter menses Macedonum, comparatum a Suida cum mense Julio Romanorum s. v. *Πάνεμος*; verum et hoc nomen ab antiquis Doriensibus translatum est ad Macedones, ideoque inventum apud Corinthios. Demosth. pro coron. p. 280. R. (tom. IV. p. 250. Bekk.). Bene convenit, si Panemum Tarentinorum Suidam secutus Julio mensi respondisse dixeris, quoniam non facile in alio quam in hoc, facta messe, mercedem solvi a conductoribus magis consentaneum erat. Si paullo variabat anni tempore mensis, qui apud Macedones Lous, apud Athenienses Boëdromion, apud Corinthios Panemus erat Demosth. l. c., effectum id censeo varia cyclorum chronicorum atque intercalandi ratione. Ipsos menses et Tarentinorum et Heracleensium in decadas fuisse divisos reliquorum Graecorum exemplo Pollux I., 63., non est quod dubitemus, neque ego, si cui videatur prima decas notari voce *προτερεία* [12]) in tab. Heracl. p. 207. repugnabo, sed nescio an ipsae mensis Kalendae intelligi debeant. Nihil praeter haec de anni ordinandi ratione apud veteres Tarentinos proditum est. Ephorum fuisse annorum eponymum alio loco exposuimus cf. de civit. Tarent. p. 53., in reliquis Tarentinus usus non recessisse a ritu communi Graeciae praesertim Spartano existimandus est.

Coloniis propagatae religiones.

Nihil magis probatum est historiae antiquae studiosis, quam coloniis propagatas esse veterum populorum religiones [13]), adeo ut ex sacrorum conjunctione et similitudine communis origo et gentium affinitas plerumque nisi luculenter commonstrari unice tamen divinari et affirmari queat. Vide nos de orig. vett. Tarent. p. 41. Beck de orig. vett. popul. pag. IX sq. Etenim cum sacrum haberent Graeci veteres cognationis vinculum, fluxerunt inde quaedam inter colonos et metropoles constituta jura. Heyn. opusc. tom. I. pag. 325 sq., atque ipsa solemni coloniae deductione Pausan. VII, 2, 7. Heyn. l. c. p. 316 non solum ut prisca sacra retinerentur effectum, sed novis circa sacra fabulis copia facta est. Müller proleg. ad mytholog. p. 132 sq. Exspectes igitur et tibi persuadebis, in Tarentina civitate etiam s a c r a p a t r i a et Laconica et Spartana servata esse, quod quum in singulorum Deorum cultu investigandum sit, tum ipsa divinorum simulacrorum conformatione apud Tarentinos egregie probatur. Formabantur autem Dii pugnatores, ut enim ait Livius XXVII, 16 [14]), ingentis magnitudinis Dii sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati, quare Fabius expugnato Tarento quum vidisset, nimis ponderosas esse statuas plerasque, quam quae loco moveri possent (Micali Italia tom. IV. p. 199.), majore animo generis ejus praeda abstinens quam Marcellus, interrogante scriba, quid fieri signis vellet, Deos iratos Tarentinis relinqui jussit; prudenter sane, ne abreptis sacris concitaret civium odia. Bossi hist. Ital. tom. IV. p. 197. Jam constat Lacedaemonios Deos Deasque omnes formasse hastis armatos, ipsamque Venerem armatam veneratos esse, quasi omnes militari virtute praediti Dei sint. Plutarch. instit. Lacon. 27. Crag. de republ. Laced. pag. 106., nihil igitur certius habemus, quam e patria ad colonos abiisse illum morem. Adscivit sibi deinde praeter patrios Deos Tarentum alios multos colendos a gentibus vicinis, propter agrorum fertilitatem et reliqua terrae munera quasi gratias persoluturum Diis horum omnium auctoribus. Novae quoque religiones Tarentum allatae sunt a turba

---

[11]) Si Apellaeum ultimum anni mensem decembri aequalem dicis, Romano more Tarentinus annus constitutus fuit. Non abhorrent *ἀρχαιρεσίαι*, nec locatio agrorum in annum sequentem, quos eodem mense finitores commensi sunt. Tab. Heracl. p. 147. sq. 205. sq. [12]) Dici potest, *προτερείαν* esse nominis adjectivi formam Doricam pro *προτεραίᾳ*, ut apud Pindarum Olymp. XIII., 92. Boeckh. *ἀρχεῖαι* legebatur pro *ἀρχαῖαι*. Maittair. de dialect. p. 216. Sturz. Crederes igitur, *τῇ προτερείᾳ* vertendum esse p r i d i e. Sed magis placet sententia nostra cf. Mazocch. ad tab. Heracl. p. 208., restituitque Boeckhius l. c. *ἀρχαῖαι* v. not. crit. p. 426. [13]) Rei exempla attulit Boeckhius explic. ad Pind. p. 144. 172. not. crit. p. 368. [14]) Haec Livius nescio an ex Polybio mutuatus sit cum Plutarcho Fab. 22. reg. et imperat. apophthegm. 5. Marcell 21.

peregrina illic commorari solita, ut Deum Deamve non esse merito possis contendere, quin Tarentini coluerint, longe profecto abscedentes a patriae simplicitate. Quarum omnium religionum testes optimi frequentissimi sunt Tarentinorum nummi.

Dei Deaeque.

1) *Apollo et oraculum Delphicum.*

Apollinis sacra a Tarentinis magni existimata esse, etiamsi non essent qui proderent auctores, merito conjiceremus, quoniam hic Deus Doriensium genti universae primarius est, a Müllero demum Doriens. tom. I. ei vindicatus, a Spartanis olim adeo religiose cultus, ut ipsam Theram insulam ei dedicaverint. Schol. ad Pind. Pyth. IV, 11. Apparet idcirco frequens in nummis Tarentinis Apollinis caput Mionnet. Suppl. tom. I. p. 278 sq. Rasche lexic. V, 1. p. 513, nonnunquam laureatum (δαφνηφόρον) Mionnet. I, p. 137. Suppl. p. 278, quod idem conspicitur in nummis Heracleae Tarentinorum Eckhel num. vett. anecd. p. 36, atque Crotonis[1]) cognatae Tarento stirpis vide de orig. Tarent. pag. 50. Eckhel. l. c. p. 44. tab. IV, Nro. 2., quippe laurus vaticinationis symbolum Creuzer Symbol. II, p. 161 sq. Müller Dor. I. p. 336 sq., neque igitur mirum est, Apollini Aristeo Metaponti dedicatam esse aeneam laurum sub reditum Aristei Proconnesii. Athen. X. p. 605. c. Müller l. c. p. 264. Produnt quae modo memoravimus, Apollinem in illis inferioris Italiae oris maxime cultum esse tanquam Deum vaticinatorem, de quo Dei munere egregie Müllerus p. 337 sq. disseruit. Posses etiam conjectare, Tarentinis in usu fuisse Daphnephoria, nisi hoc sacrorum genus constaret aut Solem deum spectare Creuzer. p. 160 sq. et res coelestes Müller Orchom. p. 220, aut pertinere ad lustrationes. idem Dor. tom. I. p. 329 sq. Contra ad Apollinem rerum futurarum interpretem jure refertur tripus in manibus Tarantis herois conspectus plus semel Mionnet. tom. I. p. 141. 144. Suppl. I. p. 284. 290. 291. Rasche lexic. V, 1. p. 520., quem non raro Crotonis quoque nummi exhibent. Eckhel num. anecd. p. 42 sq. tab. III, 23. 25. tab. IV, 1. cf. Creuzer l. c. p. 200 sq. Pari modo ad Deum vaticinatorem trahere solent signum quoddam in nummis Tarenti aliarumque urbium Apollinis cultu florentium conspectum, quod rotulae instar est, orbis quadrifariam sectus. cf. Mionnet I. p. 148. 149. Edidit ejusmodi nummum Eckhel num. anecd. tab. III, 4, eumque antiquissimum, testantibus ipsis litteris, quibus urbis nomen retrorsum scriptum effingitur; sed fatetur vir doctissimus, quid rotula illa significet, nescire se. vide pag. 32. Explicavit tandem Bröndstedius itin. fasc. I. p. 118. not. 14, qui rotulam vidit esse tripodis partem, τὸν κύκλον μαντικόν. Atque haec quidem de Apolline vaticinatore.

Transeo ad Hyacinthium. Hunc impense cultum solemnibusque celebratum esse a Tarentinis civibus non minus quam ab Amyclaeensi[2]) Laconum genere, qui possem negare, cui de Amyclaeensi Tarenti origine unice vera etiamnunc persuasum est? cf. de orig. Tarent. pag. 39 sq. Constat de lugubri Dei cultu a Doriensium moribus alienissimo, Cereris ac Bacchi sacris simillimo Müller l. c. pag. 354 sq., eundem istum lugubrem cultum haud dubie respicit sepulcrum a Polybio VIII, 30, 2. Tarenti memoratum Hyacinthi sive ut alii dicunt Apollinis Hyacinthi, quale Amyclis visum est in fano Apollinis sub Dei ipsius statua. Pausan. III, 1, 3. Heyn. dissert. archaeol. tom. I. pag. 6 sq. Mihi quidem pro certo est, Hyacinthum esse ipsum Apollinem, cujus in sacris adhiberi solebat flos Hyacinthus mortis symbolum Müller l. c. Creuzer Symbol. I. p. 56, ipsa forma sua doloris exclamationem referre visus. Pausan. II, 35, 4. Exstitit ex Dei cognomine fabulis celebratus Hyacinthus heros, uti ex Artemide Iphigenia Müller p. 383. atque Callisto, vide ejusdem prolegg. mythol. p. 73 sq., ne pluribus defungar exemplis; moritur Deus ipse naturae quasi morientis et reviviscentis symbolum Dissen. ad Pind. explic. p. 471 ed. Boeckh., novisque fabulis deinde illustratur mors Hyacinthi herois. Recte igitur ait Polybius l. c., sepulcrum a quibusdam ipsius Apollinis Hyacinthi dictum esse, nec possunt quae Pausanias hariolatus est de conjunctis Hyacinthi sacris et Apollinis aliud quid significare praeter hoc, Dei cujusdam ἐγχωρίου apud Amyclaeenses sacra a Doriensibus Laconia potitis Apollini

---

[1]) Condita est Croton auctoritate Apollinis Delphici. de orig. Tarent. p. 47. De cultu Dei apud Crotoniatas vide Perizon. ad Ael. V. H. II., 26. In Laurae nomine, quae uxor erat conditori urbis nomenque dedit oppido Laurae schol. Lycophr. 1006. Raoul-Rochette hist. col. Graec. tom. III. p. 189. nescio an subodoranda sit vox Latina laurus. [2]) Ipse Hyacinthus dictus est Amyclae filius Apollodor. III., 10, 3. Ἀμυκλαῖον παιδίον. Toup. ad Theocr. tom. II. p. 452. sq. Heindorf. cf. Fischer ad Palaephat.

adscripta esse. Apollo Hyacinthus, quasi species Apollinei numinis, omnino pertinet ad lugubrem mortuorum religionem, cujus plura apud Tarentinos exempla sunt, unde profectos etiam credo equestres ludos velut *ἐπιταφίους ἀγῶνας*, certe in numerum horum referendi sunt praeter ipsa Hyacinthia ludi antiquiores plurimi, qui solemnibus parentalibus originem debebant. Heyn. l. c. p. 97. — Quaeritur denique, an Apollinem Solis Deum Tarentinus populus veneratus sit, quo ferre possit caput radiatum Mionnet Suppl. I. p. 278. sive solis effigies in nummis Rasche lexic. l. c. p. 515. Equidem cum de ipsis illis nummis mihi non satis constet, intactam atque integram malo rem relinquere quam conjecturas proponere.

Apollinis vaticinatoris cultum, quem obtinuisse in pluribus civitatibus Tarentino mari proximis modo demonstratum est, egregie confirmat populi in oraculum Delphicum pietas. Sic enim Strabo IX. p. 420 Cas.: *ὕστερον δὲ καὶ οἱ πόῤῥωθεν ἀφικνοῦντο* (Delphos intellige) *καὶ ἐχρῶντο τῷ μαντείῳ, καὶ ἔπεμπον δῶρα καὶ θησαυροὺς κατεσκεύαζον, καθάπερ Κροῖσος, καὶ ὁ πατὴρ Ἀλυάττης, καὶ Ἰταλιωτῶν τινές, καὶ Σικελοί.* Quod quidem verissime dictum est de Metapontinis Apollinis religione prae ceteris conspicuis Herod. IV, 15. Plutarch. de Pyth. orac. 8. Ritter Vorhalle pag. 277 sq., quibus amicitia intercedebat cum Crissensibus oraculi Delphici custodibus [3]). Plut. l. c. Tarentinorum in oraculum pietatem imprimis comprobant ipsius Apollinis Pythii sententiae ab iis expetitae condendae urbis tempore cf. de orig. Tarent. p. 27. 47 sq., donaria seriori aevo Delphos missa Pausan. X, 10, 3. 13, 5, delphinus denique in nummis Tarentinis prope Apollinis caput positus Mionnet Suppl. I. p. 278. 279., sed quod olim dixi (de orig. Tarent. pag. 48) etiam hoc loco repeto, parum exploratum mihi videri delphinorum cum Apolline et oraculo Delphico nexum.

2) *Neptunus.*

Neptunum coluerunt maritimae urbes ad unam omnes veluti in Italia Veliensis Münter. Velia p. 24, in Africa Cyrenensis civitas, quo ex Thera religio translata est, Boeckh. explic. ad Pind. p. 267. 268, neque aliis pietate cessit Tarentum. Omnium notissima Horatii Od. I, 28, 29 verba sunt: Neptunoque sacri custode Tarenti. Custos dictus Neptunus, ut vetus scholiastes habet, vel quia Neptunus apud Tarentum devotius colebatur, vel quia in tutela Neptuni fuisse dicitur, vel quia Neptuni filius Phalanthus apud Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit, ut fortiter per favorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret. Postrema scholiastae verba de Herculis et Neptuni templis a Phalantho constitutis manifesto fabularum confusionem arguunt Tarantis et Phalanthi, de qua olim disputavi de orig. Tarent. pag. 4 sq., sed commonstrat optime Neptunium apud Tarentinos cultum fabulosus ille Taras urbis conditor, Neptuni filius dictus. ibid. p. 2. Urbis custos idem Deus vocatus est, quod colebatur Dei instar *πολιούχου* et *ἐγχωρίου* [4]) Spanhem in Callim. in Jov 81. in Dian. 258., quamvis enim Neptuni sacra Laconum coloni a Taenaro promontorio secum tulerint Müller Dor. I. p. 403., tamen in Italia hic Deus cum marino numine alio coaluit (de orig. Tarent. p. 4.), adeo ut ipse Taras heros vel per mare advenisse vel indigenae nymphae filius esse crederetur. Deinde illud etiam cogites velim, Neptuni Taenarii sacra Spartanis ipsis fuisse patria, quod colligas e Pausania III, 12, 5. lucum Neptuni Taenarii Spartae commemorante, translatus igitur erat hic Deus a promontorio in Spartanorum civitatem, neque ab illo loco, etsi solvere inde solebant navigaturi Tarentum Diod. XX, 104, accepisse sacra colonos necesse est, acceperunt potius ex ipsa urbe; sed utut haec se habent,

---

XLVII., 1. [3]) Inde *Κρῖσα ζαθέη* Hom. Il. II. 520. Plura de urbe Müller Orchom. p. 495. Ex Italia Crissenses quaestum habuisse, testis est Strabo tom. III. p. 499. Tzsch. Amicum inter Metapontinos et Crissenses commercium, si quid video, ei fabulae copiam fecit, quam servavit Ephorus fragm. p. 152. Marx., Daulium Crissae tyrannum condidisse Metapontum. In Daulio illo fabulam et corruptionem quis non agnoscat, cum nihil apertius sit, quam Daulidis cives significari prope Parnassum? Strabo tom. III. p. 484. Tzsch. Pausan. X., 4, 5 sq. Ceterum id nescio, an ex eodem fonte cum Daulio redundasse narrationem de Epeo Phocensi Metaponti conditore, jure existimemus. cf. Justin XX., 2, 1. Aristot. mirab. 116., non tamen repugnem iis, qui solidiori fundamento ista de Epeo vulgata niti censeant. Müller Dor. I. p. 264. [4]) Aliter dictum: sancti custos Soractis Apollo Virg. Aen. XI., 785. Ob Neptuni sacra aliorumve Deorum sacrum dicit Horatius Tarentum, in quo Graecos imitatus est. Sic tritum illud: *Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον*, Thera *ἱερὰ νᾶσος* Pindar. Pyth. IV., 6 ibiq. Boeckh. et Agrigen-

constat de singulari Neptuni Taenarii cultu vel inde, quod sacerdotes *Ταιναρισταί* vocati sunt a Tarentinis. Hesych. *Ταιναρίας*. Conspicitur Neptunus in nummis Tarentinis biga vectus Mionnet I. p. **137**. Suppl. I. p. **280** [5]), tridentem tenens in nummo alio ibid. p. **279**, nec tamen frequens Deus in nummis. Heyn. opusc. II, p. **220**. Frequentius istius symbolum t r i d e n s (Creuzer Symbol. tom. II. p. **597**) in manu Tarantis filii, ad quem abiit insigne paternum Mionnet I. p. **137**. **138**. **141** sq. Suppl. I. p. **277** sq. **282** sq., videlicet quo significaretur, maritimam Tarentinorum civitatem, cujus ipsius symbolum ille Taras est, maribus imperare, quemadmodum Deus dextra sua tridentem vibrans imperat; sed etiam thynnorum piscatum tridente posse adumbrari Münterus monuit Velia pag. **24**. Luculenter ostendunt tridentem nummi Paestanorum Eckhel num. anecd. p. **39**. tab. III, **18**, ad quos Troezene Neptuni religio translata est. Raoul-Rochette hist. colon. Graec. tom. III. p. **245**. — Occurrit aliud dei symbolum frequens in nummis Tarentinis d e l p h i n, omnino urbium maritimarum et navigatorum insigne Creuzer Symbol. II. pag. **603** sq., quem saepius prope Neptunum conspici monui de orig. Tar. p. **20**, nec semper huic insidet Taras, cui attributum est patrium animal ibid. pag. **4**, verum solus etiam [6]) nummis excusus est Mionnet I. p. **140**. **148**. **149**. Suppl. I. p. **275**. **277**. **278**. **279**. **280**. **281**. **292**. Item ad Neptunum referendus est P e g a s u s, secundum fabulam ab ipso Neptuno genitus Apollodor. II, **4**, **12**, quem nummi exhibent antiquissimi Mionnet. I. p. **139**. Suppl. I. p. **280**. Eckhel D. N. p. **145**. Rasche lexic. V, **1**. p. **527**., nec minus huc pertinet equus marinus Mionnet I. p. **139**. **140**. Suppl. I. pag. **281**. **286**. cf. Voss. epist. mythol. II. p. **222** sq., aut monstrum marinum, quod Taras tenet Mionnet I. p. **143**. **145**. Suppl. I. p. **291**., sunt haec omnia rei navalis symbola et imperii maritimi. Pertinet denique ad Neptuni religionem figura muliebris nuda in citis bigis flagellum tenens vel tridentem Mionnet I. p. **137**, quam esse A m p h i t r i t e n Neptuni uxorem (Apollod. I, **4**, **6**. Hesiod. theog. **930** sq.) recte suspicatus est Eckhel D. N. I. p. **147**. Occurrit item apud Mionnet I. c. figura nuda delphinorum bigis vecta, quam pro marino numine habet Eckhel, Begerus propter adscriptum *NIK* aliquid esse quod referatur ad Victoriam conjecit, mihi, dummodo mulier sit, et haec Amphitrite erit propter delphinos, qui ejus nuptias administrasse dicuntur. de orig. Tar. pag. **15** sq. Respicit ad hanc fabulam caput feminae diadematum et velatum (ut nubentem decet), tribus delphinis circumdatum. Mionnet tom. I. p. **136** **137**. cf. Creuzer Symbol. tom. II. p. **607**. —

Postremo loco notaverim, Neptunia sacra quodammodo cum equis equorumque regendorum peritia conjuncta esse, vide not. ad Aquin. delic. Tarent. p. **57**. Nitzsch ad Hom. Odyss. III, **5**, id quod non modo Tarentum sed etiam Cyrenae Neptuni cultu atque equitandi arte nobilitatae probare videntur, quapropter in utriusque urbis nummis conspiciuntur bigae et quadrigae Boeckh. explic. ad Pind. p. **268**. Conjicias igitur, e q u e s t r e s l u d o s in Neptuni maxime honorem esse celebratos. Ipse, qui intercedit inter res marinas et equos, nexus altioris est indaginis, quam qui hoc loco ad liquidum perduci possit cf. Creuzer Symbol. tom. II. p. **598** sq., Pegasi iterum mentionem fecisse satis sit, quem refert ad equitandi artem e Libya in Graeciam translatam Thorlacius apud Cr. tom. III, p. **287**.

3) *Jupiter*.

Deorum regem a Tarentinis cultum evincit colossus Jovis in foro constitutus, Lysippi opus Strabo tom. II. p. **285**. Tzsch. Plin. XXXIV, **18** et templum Jovis, in quo Pyrrhus Epirota, facto primo cum Romanis proelio, titulum affixisse dicitur Oros. IV, **1**., sed etiam nummi in testimonium adhibendi sunt, laureatum Dei caput ostentantes in parte adversa, aquilam super fulmine in aversa. Mionnet. I. p. **136** Suppl. I. p. **275**. **293**. Verum frequentiora ipso Jovis capite in nummis sunt s y m b o l a, aquila Mionnet I. p. **143**. Suppl. p. **290**., quae eadem conspicitur in nummis Crotonis Eckhel num. anecd. p. **42** sq. tab. III, **23** (adversante Müllero Dor. I. p. **264**), deinde fulmen Mionnet Suppl. p. **275**. **277**. **278**. **289**. **292**, Locrorum insigne. Boeckh. explic. ad Pind. pag. **203** sq. Utrumque haud raro conjungitur Jovis symbolum, ut patet ex nummo modo laudato, in quo fulmini insistit aquila, quemadmodum in moneta Crotoniensium Eckhel I. c. tab. IV, **1**. **3**. **4**.,

---

tum *ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ*. Olymp. II., 9 ibiq. Boeckh. [5]) Adscriptae sunt litterae NIK, ad victoriam aliquam pertinentes, incertum autem, utrum Neptunus an Taras sit ille in biga vectus, tridentem tenens in nummo apud Mionnet. Suppl. I. p. 279. [6]) Delphin super columnae capitulo est in nummo apud Mionnet tom. I. p. 140, duo delphini in alio Suppl. I. p. 292. Hodie scorpionis signo utuntur Tarentini.

adscripta esse. Apollo Hyacinthus, quasi species Apollinei numinis, omnino pertinet ad lugubrem mortuorum religionem, cujus plura apud Tarentinos exempla sunt, unde profectos etiam credo equestres ludos velut *ἐπιταφίους ἀγῶνας*, certe in numerum horum referendi sunt praeter ipsa Hyacinthia ludi antiquiores plurimi, qui solemnibus parentalibus originem debebant. Heyn. l. c. p. **97.** — Quaeritur denique, an Apollinem Solis Deum Tarentinus populus veneratus sit, quo ferre possit caput radiatum Mionnet Suppl. I. p. **278.** sive solis effigies in nummis Rasche lexic. l. c. p. **515.** Equidem cum de ipsis illis nummis mihi non satis constet, intactam atque integram malo rem relinquere quam conjecturas proponere.

Apollinis vaticinatoris cultum, quem obtinuisse in pluribus civitatibus Tarentino mari proximis modo demonstratum est, egregie confirmat populi in oraculum Delphicum pietas. Sic enim Strabo IX. p. **420** Cas.: *ὕστερον δὲ καὶ οἱ πόῤῥωθεν ἀφικνοῦντο* (Delphos intellige) *καὶ ἐχρῶντο τῷ μαντείῳ, καὶ ἔπεμπον δῶρα καὶ θησαυροὺς κατεσκεύαζον, καθάπερ Κροῖσος, καὶ ὁ πατὴρ Ἀλυάττης, καὶ Ἰταλιωτῶν τινές, καὶ Σικελοί.* Quod quidem verissime dictum est de Metapontinis Apollinis religione prae ceteris conspicuis Herod. IV, **15.** Plutarch. de Pyth. orac. **8.** Ritter Vorhalle pag. **277** sq., quibus amicitia intercedebat cum Crissensibus oraculi Delphici custodibus [3]). Plut. l. c. Tarentinorum in oraculum pietatem imprimis comprobant ipsius Apollinis Pythii sententiae ab iis expetitae condendae urbis tempore cf. de orig. Tarent. p. **27. 47** sq., donaria seriori aevo Delphos missa Pausan. X, **10**, **3. 13**, **5**, delphinus denique in nummis Tarentinis prope Apollinis caput positus Mionnet Suppl. I. p. **278. 279.**, sed quod olim dixi (de orig. Tarent. pag. **48**) etiam hoc loco repeto, parum exploratum mihi videri delphinorum cum Apolline et oraculo Delphico nexum.

2) *Neptunus.*

Neptunum coluerunt maritimae urbes ad unam omnes veluti in Italia Veliensis Münter. Velia p. **24**, in Africa Cyrenensis civitas, quo ex Thera religio translata est, Boeckh. explic. ad Pind. p. **267. 268**, neque aliis pietate cessit Tarentum. Omnium notissima Horatii Od. I, **28, 29** verba sunt: Neptunoque sacri custode Tarenti. Custos dictus Neptunus, ut vetus scholiastes habet, vel quia Neptunus apud Tarentum devotius colebatur, vel quia in tutela Neptuni fuisse dicitur, vel quia Neptuni filius Phalanthus apud Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit, ut fortiter per favorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret. Postrema scholiastae verba de Herculis et Neptuni templis a Phalantho constitutis manifesto fabularum confusionem arguunt Tarantis et Phalanthi, de qua olim disputavi de orig. Tarent. pag. **4** sq., sed commonstrat optime Neptunium apud Tarentinos cultum fabulosus ille Taras urbis conditor, Neptuni filius dictus. ibid. p. **2.** Urbis custos idem Deus vocatus est, quod colebatur Dei instar *πολιοῦχον* et *ἐγχώριον* [4]) Spanhem in Callim. in Jov **81.** in Dian. **258.**, quamvis enim Neptuni sacra Laconum coloni a Taenaro promontorio secum tulerint Müller Dor. I. p. **403.**, tamen in Italia hic Deus cum marino numine alio coaluit (de orig. Tarent. p. **4.**), adeo ut ipse Taras heros vel per mare advenisse vel indigenae nymphae filius esse crederetur. Deinde illud etiam cogites velim, Neptuni Taenarii sacra Spartanis ipsis fuisse patria, quod colligas e Pausania III, **12**, **5.** lucum Neptuni Taenarii Spartae commemorante, translatus igitur erat hic Deus a promontorio in Spartanorum civitatem, neque ab illo loco, etsi solvere inde solebant navigaturi Tarentum Diod. XX, **104**, accepisse sacra colonos necesse est, acceperunt potius ex ipsa urbe; sed utut haec se habent,

---

XLVII., 1. [3]) Inde *Κρῖσα ζαθέη* Hom. Il. II. 520. Plura de urbe Müller Orchom. p. 495. Ex Italia Crissenses quaestum habuisse, testis est Strabo tom. III. p. 499. Tzsch. Amicum inter Metapontinos et Crissenses commercium, si quid video, ei fabulae copiam fecit, quam servavit Ephorus fragm. p. 152. Marx., Daulium Crissae tyrannum condidisse Metapontum. In Daulio illo fabulam et corruptionem quis non agnoscat, cum nihil apertius sit, quam Daulidis cives significari prope Parnassum? Strabo tom. III. p. 484. Tzsch. Pausan. X., 4, 5 sq. Ceterum id nescio, an ex eodem fonte cum Daulio redundasse narrationem de Epeo Phocensi Metaponti conditore, jure existimemus. cf. Justin XX., 2, 1. Aristot. mirab. 116., non tamen repugnem iis, qui solidiori fundamento ista de Epeo vulgata niti censeant. Müller Dor. I. p. 264. [4]) Aliter dictum: sancti custos Soractis Apollo Virg. Aen. XI., 785. Ob Neptuni sacra aliorumve Deorum sacrum dicit Horatius Tarentum, in quo Graecos imitatus est. Sic tritum illud: *Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον*, Thera *ἱερὰ νᾶσος* Pindar. Pyth. IV., 6 ibiq. Boeckh. et Agrigen-

constat de singulari Neptuni Taenarii cultu vel inde, quod sacerdotes *Ταιναρισταί* vocati sunt a Tarentinis. Hesych. *Ταιναρίας*. Conspicitur Neptunus in nummis Tarentinis biga vectus Mionnet I. p. **137**. Suppl. I. p. **280**[5]), tridentem tenens in nummo alio ibid. p. **279**, nec tamen frequens Deus in nummis. Heyn. opusc. II, p. **220**. Frequentius istius symbolum **tridens** (Creuzer Symbol. tom. II. p. **597**) in manu Tarantis filii, ad quem abiit insigne paternum Mionnet I. p. **137**. **138**. **141** sq. Suppl. I. p. **277** sq. **282** sq., videlicet quo significaretur, maritimam Tarentinorum civitatem, cujus ipsius symbolum ille Taras est, maribus imperare, quemadmodum Deus dextra sua tridentem vibrans imperat; sed etiam thynnorum piscatum tridente posse adumbrari Münterus monuit Velia pag. **24**. Luculenter ostendunt tridentem nummi Paestanorum Eckhel num. anecd. p. **39**. tab. III, **18**, ad quos Troezene Neptuni religio translata est. Raoul-Rochette hist. colon. Graec. tom. III. p. **245**. — Occurrit aliud dei symbolum frequens in nummis Tarentinis **delphin**, omnino urbium maritimarum et navigatorum insigne Creuzer Symbol. II. pag. **603** sq., quem saepius prope Neptunum conspici monui de orig. Tar. p. **20**, nec semper huic insidet Taras, cui attributum est patrium animal ibid. pag. **4**, verum solus etiam [6]) nummis excusus est Mionnet I. p. **140**. **148**. **149**. Suppl. I. p. **275**. **277**. **278**. **279**. **280**. **281**. **292**. Item ad Neptunum referendus est **Pegasus**, secundum fabulam ab ipso Neptuno genitus Apollodor. II, **4**, **12**, quem nummi exhibent antiquissimi Mionnet. I. p. **139**. Suppl. I. p. **280**. Eckhel D. N. p. **145**. Rasche lexic. V, **1**. p. **527**., nec minus huc pertinet equus marinus Mionnet I. p. **139**. **140**. Suppl. I. pag. **281**. **286**. cf. Voss. epist. mythol. II. p. **222** sq., aut monstrum marinum, quod Taras tenet Mionnet I. p. **143**. **145**. Suppl. I. p. **291**., sunt haec omnia rei navalis symbola et imperii maritimi. Pertinet denique ad Neptuni religionem figura muliebris nuda in citis bigis flagellum tenens vel tridentem Mionnet I. p. **137**, quam esse **Amphitriten** Neptuni uxorem (Apollod. I, **4**, **6**. Hesiod. theog. **930** sq.) recte suspicatus est Eckhel D. N. I. p. **147**. Occurrit item apud Mionnet I. c. figura nuda delphinorum bigis vecta, quam pro marino numine habet Eckhel, Begerus propter adscriptum *NIK* aliquid esse quod referatur ad Victoriam conjecit, mihi, dummodo mulier sit, et haec Amphitrite erit propter delphinos, qui ejus nuptias administrasse dicuntur. de orig. Tar. pag. **15** sq. Respicit ad hanc fabulam caput feminae diadematum et velatum (ut nubentem decet), tribus delphinis circumdatum. Mionnet tom. I. p. **136** **137**. cf. Creuzer Symbol. tom. II. p. **607**. —

Postremo loco notaverim, Neptunia sacra quodammodo cum equis equorumque regendorum peritia conjuncta esse, vide not. ad Aquin. delic. Tarent. p. **57**. Nitzsch ad Hom. Odyss. III, **5**, id quod non modo Tarentum sed etiam Cyrenae Neptuni cultu atque equitandi arte nobilitatae probare videntur, quapropter in utriusque urbis nummis conspiciuntur bigae et quadrigae Boeckh. explic. ad Pind. p. **268**. Conjicias igitur, **equestres ludos** in Neptuni maxime honorem esse celebratos. Ipse, qui intercedit inter res marinas et equos, nexus altioris est indaginis, quam qui hoc loco ad liquidum perduci possit cf. Creuzer Symbol. tom. II. p. **598** sq., Pegasi iterum mentionem fecisse satis sit, quem refert ad equitandi artem e Libya in Graeciam translatam Thorlacius apud Cr. tom. III, p. **287**.

3) *Jupiter*.

Deorum regem a Tarentinis cultum evincit colossus Jovis in foro constitutus, Lysippi opus Strabo tom. II. p. **285**. Tzsch. Plin. XXXIV, **18** et templum Jovis, in quo Pyrrhus Epirota, facto primo cum Romanis proelio, titulum affixisse dicitur Oros. IV, **1**., sed etiam nummi in testimonium adhibendi sunt, laureatum Dei caput ostentantes in parte adversa, aquilam super fulmine in aversa. Mionnet. I. p. **136** Suppl. I. p. **275**. **293**. Verum frequentiora ipso Jovis capite in nummis sunt **symbola**, aquila Mionnet I. p. **143**. Suppl. p. **290**., quae eadem conspicitur in nummis Crotonis Eckhel num. anecd. p. **42** sq. tab. III, **23** (adversante Müllero Dor. I. p. **264**), deinde fulmen Mionnet Suppl. p. **275**. **277**. **278**. **289**. **292**, Locrorum insigne. Boeckh. explic. ad Pind. pag. **203** sq. Utrumque haud raro conjungitur Jovis symbolum, ut patet ex nummo modo laudato, in quo fulmini insistit aquila, quemadmodum in moneta Crotoniensium Eckhel I. c. tab. IV, **1**. **3**. **4**.,

tum *ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ*. Olymp. II., 9 ibiq. Boeckh. [5]) Adscriptae sunt litterae NIK, ad victoriam aliquam pertinentes, incertum autem, utrum Neptunus an Taras sit ille in biga vectus, tridentem tenens in nummo apud Mionnet. Suppl. I. p. 279. [6]) Delphin super columnae capitulo est in nummo apud Mionnet tom. I. p. 140, duo delphini in alio Suppl. I. p. 292. Hodie scorpionis signo utuntur Tarentini.

quum in alio conspiciatur aquila super cauda delphini. Mionnet Suppl. l. p. 289. Ad Jovem Tarenti sacrum habitum refero Europae statuam tauro insidentem Varro ling. lat. IV. p. 13 Bip. Cic. Verr. IV, 60. cf. Heyn. ad Apollod. p. 211 sq., fortasse in ipso Jovis templo positam, Pythagorae Rhegini opus; nescio denique an Jovis imago sit figura virilis nuda in nummo Mionnet. l. p. 147, sedens, inferiorem corporis partem vestimento induta, ea quidem ratione, qua Jovem Olympium effinxit Phidias. v. Pausan. V, 11. Sed hactenus de testibus ac testimoniis Jovis sacra Tarentina probantibus.

Dei cultum unde Tarentini obtinuerint, non satis exploratum est, quum in iis terris, quas per Graeciam Dorienses habitarunt, Jovis sacra nusquam videantur fuisse celebriora Müller Dor. l. p. 394 sq.; colebant autem Jovem Tarentini, ut ita dicam, sub tribus duabusve speciebus. Templum enim, in quo victoriarum suarum monumentum sibi excitavit Pyrrhus, erat Jovis Olympii, si Enniana tituli verba: pater optime Olympi premere licet. Potuit Jovis Olympii cultus ab Achaeis institutus, quemadmodum Syracusas Müller l. c. p. 395, ita Tarentum transferri, cujus cives plus semel Olympia vicerunt vide infra; sed Ennii verbis non multum tribuo. Erat altera Jovis species ὁ Ἐλευθέριος, quem apud Tarentinos fuisse in honore tradidit Hesychius s. h. v. Hic est Jupiter liberator, numen, quod ab hostibus cultores suos vindicat, cognatum Jovi ἀλάστορι, μήστορι, φυξίῳ, σωτηρίῳ Creuzer Symbol. II. p. 495 sq., ut enim ait Hesychius τοῦτον (Ἐλευθέριον Δία) δὲ ἔνιοι καὶ Σωτῆρά φασι. Cui Jovi probabile est templum fuisse dedicatum a Tarentinis, postquam liberati sunt a magno periculo, acriter instantibus populis finitimis, ad exemplum Plataeensium Ἐλευθέρια celebrantium in memoriam victoriae a Persis reportatae Pausan. IX, 2, 4. 5. Thucyd. II, 71. Hesych. Ἐλευθέριος ibiq. intpp., et Romanorum Jovi Feretrio et Statori templa voventium. Liv. I, 10. 12. Ceterum ex Hesychio observamus, eundem Jovem Ἐλευθέριον Syracusis quoque cultum esse Müller Aeginetica p. 157. adde intpp. ad Pind. Olymp. XII, 1. Tertia denique Jovis species eaque apud Tarentinos primaria Ζεὺς est ὁ καταιβάτης, descendens e coelo cum tonitru et fulmine et pluvio Creuzer Symbol. II. pag. 494, cui Deo fulminatori sacra facta esse a Tarentinis certo quodam anni die retulit Clearchus apud Athen. XII. p. 522 sq., ut ille quidem vult ad expiandas eorum animas, qui in Carbinates saevierant. Equidem istam sacrorum explicationem deberi scriptorum ratiocinationi, aut seriori aetate apud populum eam exstitisse persuasum habeo, poterant sane fidem rei habitam comprobare nomina inscripta pilis ante januas statutis, quum tamen vetus consuetudo esset, hermis familiarum insignia adpingendi, ut fusius docuit Mazocchius ad tab. Heracl. p. 149 sq., aut nomen mortui cippo inscribendi, quod Athenis factum est. Pausan. I, 29, 4. Tarentini sacra fulminatoris Dei, ad quem pertinent fulmina in nummis, accepta tulisse Etruscis putandi sunt, fulminum doctrinae peritissimis Creuzer l. c. p. 942 sq., ipsa autem sacra ad lustrationum genus referas, quo pertinet imprimis laurus in capite Jovis averruncandi potestate praedita. cf Casaub. ad Theophr. charact. 16 (p. 244. Ast.) — De Jove ὁμορίῳ sive ὁμογνίῳ monui alibi (de civit. Tarent. p. 49.).

4) *Bacchus.*

Probant Bacchi apud Tarentinos cultum solemnia in ejus honorem celebrata. vide de civit. Tarent. p. 25. Perlata sunt hujus Dei sacra ad Spartanos quoque, etsi a moribus Doriensium perquam aliena Müller Dor. l. p. 403 sq., quae tamen persuasum habeo nequaquam in metropoli tanta cum licentia celebrata esse Grysar de comoed. Dor. p. 22 sq., quanta in colonia factum est. Videbatur enim ipse Tarentinus ager optimi vini ferax de civit. Tarent. p. 3. cultores impellere in sacra Dei, qui vitium culturae antistes habitus est, idque tam large fiebat, ut Platone teste de legg. l. p. 204. Bekk. in Bacchanalibus ebria esset universa civitas cf. Grysar l. c. p. 52. Quid? quod Bacchanalia essent, inter quae Tarentinus populus ad demergendam Romanam classem e theatro sese proripuit Dio Cass. frgm. Ursin. 145, 1., fabulas igitur illo tempore in scena doctas spectabat rite multitudo, nec defuisse commissationes et varia pomparum genera, documento sunt vasa, vulgo Etrusca dicta, sed ea in Magna Graecia praesertim a Tarentinis confecta vide infra, pomparumque imaginibus exornata. Grysar p. 38 sq.[7]) Verumtamen apparet

[7]) Bacchanalia Tarentinorum et Magnae Graeciae in universum respiciunt Sophoclea verba Antig. 1105. sq. κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν. cf. Grysar I. p. 35 sq. Idem vir doctus post alios monuit, nummos Ita-

etiam in nummis Tarentinis Bacchi caput Rasche lexic. V, 1. p. **524. 527**, pariterque in Heracleensibus [8]) Eckhel num. anecd. p. **37.**, et quidem illius Bacchi caput, quem dicunt I n d i c u m Mionnet l. p. **138**, barbatum, redimitum diademate, cui hedera intexitur, ut recte Begerus monuit. Barbam in capite Bacchi ostendebant simulacra Dei vetustissima Welcker ad dissertat. Zoëgae p. **374** sq., et diadema ei competere observaverat dudum Libanius tom. l. p. **351** Morell., ubi sic habet: *διάδετος ταινίαις καὶ τοῖς στεφάνοις τὰς κόμας* [9]). Eckhel l. c. p. **35**. tab. III, **10**. Praeclare rem confirmant Naxi, quae est in Sicilia, nummi, in quibus videas caput simillimum nostro, non modo spectato cultu sed etiam lineamentis, atque hanc constat Siciliae urbem prae multis Baccho fuisse devotam Eckhel D. N. l. p. **148**. num. anecd. p. **47** sq. In Tarentinis nummis creberrimum est Dei symbolum diota, positum in manibus Tarantis herois, ad Bacchanalia spectans Mionnet l. p. **140** sq. Suppl. p. **282** sq., quod etiam solum conspicitur Mionnet. l. p. **137**. Suppl. p. **279. 286.**, et duplex in uno nummo ibid. p. **275. 291.** In Crotonis quidem nummis diota juxta tripodem est, ut ea nihil nisi libationes significatum esse dicas. Creuzer Symbol. tom. II. p. **209.** Pertinet denique ad Bacchi sacra caput Satyri in nummo Mionnet l. p. **143** et statua in aede Vestae Cic. Verrin. IV, **60.**, nam Satyri inter *Διονύσου προπόλους* sunt. Strabo X. p. **468** Cas. [10]) De Marte, Vulcano, Mercurio a Tarentinis culto non sunt certa vestigia, possis ad Vulcanum referre *λ α μ π α δ η φ ο ρ ί α ς* vide supra, ad Mercurium, quem *παιδοκόρον* venerabatur finitimum Tarentinis Metapontum Hesych. ***παιδοκόρος***, cippos pro foribus statutos, sed nolo in his hariolari.

5) *Minerva.*

Minervam liceat inter Deas Tarentinas facere principem, quippe Salentini foederis praesidem, in quo Tarentum primas partes obtinuisse alio loco (de civit. Tarent. p. **47**) proposuimus. Conspicitur caput Palladis in nummis Tarentinis saepissime Mionnet I. p. **137. 147** sq. Suppl. p. **292**, quod si ostendit pars adversa, aversa plerumque noctuam habet Mionnet I. p. **139**. super oleae ramo [11]) ibid p. **138. 139.** Suppl. p. **280**, aut super cancro [12]) Mionnet I. p. **138**, aut columnae capitulo ibid., aut super fulmine ibid. Suppl. p. **280**. Quoniam autem Pallas d e a b e l l a t r i x erat, fieri non potuit, quin apud Tarentinos secundum morem patrium Dea bellicoso habitu, qualem jam novit Homerus Odyss. I. **99** sq., non statuis solum fingeretur, sed in nummis quoque cuderetur. Ac profecto occurrit caput Palladis galeatum Eckhel D. N. I. p. **148.** Mionnet Suppl. I. p. **280. 292.** tum in Tarentinorum tum in Heracleensium nummis Eckhel num. anecd. p. **36** sq., qui civitatis nostrae coloni cultum patrium Siride instauraverant. Interdum galea ornatur Tritone [13]) Mionnet I. p. **138.** Suppl. p. **280**, in alio nummo conspicitur Dea pugnantium habitu Mionnet. I. p. **149**, vibrata hasta, sublata aegide. Suppl. p. **275.** Hic est ille habitus, quo Deos suos Spartani fingere solebant, atque hujus Deae sub auspiciis Sparta profecti esse videntur coloni Tarentini. Feliciter excrescente republica, post bene peractam navigationem Spartae numini constituerunt simulacrum haud procul a luco Neptuni Taenarii Pausan. III., **12, 5.**, erat igitur Minerva Tarentinis *θεὰ πατρῴα*, mox facta amplissimi foederis in Italia inferiore praeses. Quin adest nobis etsi non exploratae fidei testimonium, quod eundem et Spartae et Tarenti fuisse Minervae cultum te jubeat credere, scripturam dico in nummo Heracleensi *ΑΘΗ. ΧΑΛΚ.* juxta Palladis caput; quae litterae, si quid video, *Ἀθηνᾶν χ α λ κ ί ο ι κ ο ν* [14]) Spartanorum haud dubie denotant, a Tarentinis ad He-

liae Siciliaeque, in quibus tauri imago expressa est cum barbati hominis capite, pertinere ad res Bacchicas. [8]) Bacchum Heracleae cultum esse tabulae docent. Miro modo exponit de quibusdam libationibus Baccho factis interpres ad Aquin. delic. Tarent. pag. 80 sq. [9]) *Διόνυσος δενδροφόρος* conspicitur in nummis Metapontinorum. Creuzer Dionys. p. 246. [10]) Nescio an ad Bacchum referatur vir nudus delphino insidens Rasche lexic. V, 1. p. 518, caprum tenens, quod animal Baccho immolari solet. Creuzer Symbol. III. p. 102. Femina Baccha in nummis Tarentinis non satis liquide agnoscitur, possit pro tali haberi caput muliebre adversum, passis crinibus, diademate fastigiato in nummo Hyriae. Eckhel D. N. I. p. 141 sq. [11]) Pallas enim olearum antistes. Atqui oleum Tarentinum non cessit Venafrano. Horat. Od. II, 6, 15. [12]) Possit eo significari Pallas aliqua marina Dea cf. Pausan. VIII, 14, 4, scilicet Tritonia. Müller Orchom. p. 355. — Noctua etiam sola reperitur. Mionnet I. p. 138. 147. Suppl. I. p. 275. 280. [13]) De Tritone vide Voss. epistol. mythol. II. p. 189 sq., de nexu Palladis cum Tritone Müller Orchom. l. c. [14]) Minerva dicta *χαλκίοικος*, quod aeneis in aedibus habitabat Pausan. III, 17, 3. X, 5, 5. Corn. Nep. Pausan. V, 2. Creuzer Symbol. II. p. 776 sq. Proinde Dea appellatur *θεὰ χαλκόπυλος*.

racleenses per sacra translatam. Nihil aliud turbat nisi unus nummi praeco Goltzius fraudis suspectus homo ille. Eckhel D. N. I. p. **153.** Postremo loco verbo memoranda sunt spolia Minervae Coryphasiae dedicata ex Leonidae Tarentini epigrammate **23. 24.** Haec unde nomen obtinuerit ignoramus, memorat eandem Arnobius adv. gent. IV., **14.** cf. Meineke ad Leonid. l. c. Creuzer Symbol. II. p. **757.** Nackius ad Choerilum p. **143.** eam dictam censet a promontorio Messeniae Coryphasio, admodum probabiliter.

6) *Juno.*

Altera, quae foederi praeerat Dea, Juno est Lacinia dicta a promontorio Eustath. ad Dionys. Perieg. **371.** cf. de civit. Tarent. p. **49.** Cujus numen ab initio quale fuerit perspici quidem nequit, dixerim tamen antiquissimum fuisse, ipsis Pelasgis sanctum, naturaeque symbolum, Astartae Phoenicum vel Carthaginiensium etsi ob caussas satis leves (cf. Athen. XII. p. **509.** Schweigh. Aristot. mirab. **99.**) comparatum a Creuzero Symbol. II. p. **270** sq. Seriori tempore Deam non sine mutatis sacris, opinor, colere coepit Crotoniensium colonia, cujus non solum nummi Junoniam religionem luculenter testantur Eckhel D. N. I. p. **170** sq., sed commixtae etiam Lacinii [15]) promontorii et Crotonis fabulae. Schol. Lycophr. **1006. 856.** schol. Theocr. IV., **33.** Stephan. Byz. *Λακίνιον.* Ubi Croton foederis Achaici quasi caput facta est, abiit Deae cultus ad civitates confoederatas ipsumque Tarentum; idcirco dubitari nequit, quin eadem Deae Laciniae sacra a Metapontinis recepta sint, quippe ex Achaja oriundis, apud quos Junonis templum vitigineis columnis stetisse auctor est Plinius XIV., **2.**, neque apud Tarentinos non fuit Junonis aedes, prope quam vixit ille Pythagorae bos [16]). Jamblich. vit. Pyth. XIII., **61.** Porphyr. **24.** Quidni igitur Tarentina Junonis sacra similia dicamus exstitisse Crotoniensibus et Metapontinis, quae antiquitus ex Argolidis Junonis cultu clarae sede in vicinam Achajam, Corinthum et Spartam permanaverint? cf. Müller Dor. tom. I. p. **395** sq. Id quidem admodum mirum accidit, in nummo Tarentino ne ullo quidem Junonis simulacrum conspici.

7) *Ceres.*

De Cerere melius constat e nummis, non enim dubitamus, quin ad hanc Deam referendum sit caput elegans cum arista, quod Veneri immerito attribuit Pellerinius. Eckhel num. anecd. pag. **31.** tab. III., **1. 2. 3.** Est idem illud muliebre caput spicis coronatum, monili et annulis auriculariis ornatum Mionnet Suppl. I. p. **276,** quod conspicitur in nummis Metapontinorum Eckhel. l. c. p. **38.** tab. III., **16.** ob Cereris cultum olim illustrium cf. Winckelmann. opp. IV. p. **119.** Heyn. opusc. II. p. **206.** Occurrit item ornatum Cereris caput comis religatis et juxta id spica Mionnet Suppl. p. **278,** quale non minus in Metapontino nummo conspicuum est Eckhel D. N. I. p. **155.**, in alio denique Tarenti nummo Cereris caput locatum inter pisces duos. Mionnet l. c. p. **275.** Poterant Deae cultum, quem a Doriensibus alienum dixit Müllerus Dor. I. p. **399** sq., coloni Tarentini petere a veteribus Laconiae incolis, apud quos eum servatum esse prodidit Pausanias III., **20, 5** sq. cf. III., **14, 5.** Cereris, quae Eleusiniae cognomine claret, haec sacra fuere. cf. Hesych. *Ἐλευσίνια.* Cadit certe in cultum mysticum, quod Hesychius *Δάμεια* festi nomen apud Tarentinos fuisse dicit, manifesto enim Damia dea hoc nomine designatur sive Ceres, cui Eleusinio sacra fierent ritu. Pausan. II., **30, 5** [17]). Id tamen non disceptaverim, utrum e patria [18]) an ab Italis haec Damiae sacra Tarentini acceperint, nam Damium fuisse sacrificium in honorem Bonae Deae factum Festus, etsi in reliquis hariolatus est, retulit s. v. Damium. Equidem non prorsus caecutire mihi videbor, si omnem Cereris cultum Metaponto Tarentum allatum esse affirmavero, Metapontina enim civitas adeo dedita ac quasi

---

Euripid. Troad. 1119 Seidler. Deae *χαλκιοίκου τέμενος* memorat Polybius IV, 22, 8. — Minervam ejusque solemnia acta nescio an spectent colus et fusus Creuzer Symbol. II. p. 688, videlicet Minervam Erganen. vide ibid. p. 744 sq. [15]) Lacinium templi conditorem a Latino non diversum esse existimat Niebuhr. hist. Rom. tom. I, p. 83 sq. (edit. II.). Dea Lacinia an eadem sit, cui Leucadiae nomen tribuitur apud Plutarch. de ser. num. vindict. 12, dubites. cf. Heyne opusc. II. p. 174. [16]) Boves a sacris Junonis non alieni sunt. Creuzer Symbol. II. p. 576., ut suspicio oriatur boves Tarenti quovis mense sacrificatos Athen. IV. p. 166 sq. in Junonis honorem esse immolatos. [17]) Adde plura apud Müller. Aeginet. p. 170 sq. Recte vir doctissimus olim observavit *Δαμάτηρ* nihil aliud esse quam *Δαμιαμάτηρ.* Ne audias Meursii nugas. cf. Creuzer. Symbol. IV. p. 304. Sacerdos: Damiamatrix in lectione marginali apud Festum s. v. damium memoratur. [18]) Neapolin quidem Cereris Aristae sacra Athenis allata sunt.

devota fuit Cereri, ut Deae simulacro in nummis suis vocem adderet σωτηρία [19]) i. e. salus, quippe solis agriculturae opibus locupletata. Aliam servavit de Cerere Tarentina notitiam Hesychius, qui eam et apud Tarentinos et apud Syracusanos ἐπιλυσαμένην tradit dictam esse, quo nomine alias designatur Ilithyia parturientes a doloribus liberans, sive una ex Ilithyiis cf. Hom. Il. XI., 270, uti ex eodem Hesychio liquet. Mea quidem sententia ea est, ut ἐπιλυσαμένης nomen pertinere dicam ad mysteria homines lustrantia, ab animi cruciatibus liberantia et quasi denuo in vitam revocantia. Cur enim Magna Graecia non sua habuerit mysteria? Quin, nisi audacior visus fuero, Tarantem heroem velatum, delphino insidentem in nummo Mionnet I. p. 145. ad ἀνακαλυπτήρια Proserpinae retulerim, quibus prae ceteris terris Sicilia nobilitata est. Boeckh. ad Pind. explic. p. 123. Müller Proleg. p. 155 sq. Meineke Euphor. p. 115. Arctius sane inter se Cereris et Proserpinae sacra conjungebantur. Creuzer. Symbol. IV. p. 301. At ego, si quis velatum Tarantem nihil esse praeter navigationis symbolum contenderit, non prohibebo.

8) *Diana.*

Nihil evincit de cultu Dianae locus quidam templi, quod, quamquam cui Deo Deaeve sacrum fuerit explorari nequit, Dianae fuisse hodie contendunt oppidani Tarentini, qui et Solis et Herculis ubi fuerint aedes monstrantes scioli sunt. Riedesel iter in Magn. Graec. pag. 209. Contra ad Dianam, cujus caput in nummis desideratur, merito referes dimidium lunae orbem Mionnet. I. p. 140. Suppl. I. p. 281; simul conspiciuntur globuli Mionnet p. 148, de quibus minus constat. Aliud Dianae a populo Tarentino cultae indicium est urbis pars Σώτειρα, quod nomen, relatum ad Junonem ab Heynio opusc. II. p. 230, non paucis attributum Deabus Boeckh. ad Pind. explic. p. 209. equidem potissimum ad Dianam Tarentinam retulerim, quoniam eadem eodem nomine insignita Dea colebatur in Doriensium urbibus Siculis. Dorvill. Sicul. II. p. 327 sq. 461. 562. Creuzer Symbol. IV. p. 171 sq. Exstat praeterea Hesychii testimonium, Hecaten apud Tarentinos dictam esse ἄφραττον, quemadmodum Proserpina ἄῤῥητος κόρη vocabatur, quod nomen videtur indicare obscuram simul et horribilem numinis vim. Creuzer Symbol. IV. p. 325. Mihi non satis constat, an eadem fuerit Hecate Tarentina cum Diana aut Proserpina, nec, quoniam in Dianae cultu multorum coaluerunt numinum sacra Müller Dor. tom. I. p. 367., unde sua Tarentini acceperint facile potest conjici. Colebatur Artemis etiam apud Metapontinos Hygin. fab. 186. et Rheginos Thucyd. VI., 44. collat. Müller Dor. tom. I. p. 260, sed neque absonum est, Deam e Laconia (Pausan. III., 20, 7. — 10, 8. Palaeph. XXXII., 6) Tarentum allatam esse, quamvis non servaverit indolem Apollineam, quippe jam in ipsa Laconia aliarum Dearum velut Britomartis immixta sacris. Pausan. III., 14, 2. Σώτειραν autem non abhorrere a sacris Doriensium bene intellexit Müllerus l. c. p. 380.

9) *Vesta.*

Vestae quidem cultus non fide nummorum, sed optimi auctoris testimonio probatur. Etenim Cicero Verrin. IV., 60 apud Tarentinos memorat Vestae aedem, in qua insignis pulchritudinis Satyrus positus erat, haud dubie clarissimi cujusdam artificis opus, quod Romana avaritia Tarentinis civibus eripere dedignata erat. Perrara fuisse in Graecia et templa et statuas Vestae, post alios monuit Dissenius explic. ad Pind. pag. 477., quamquam in prytaneis Dea culta est. Creuzer. Symbol. II. p. 627 sq. Atque ut colligi possit, apud Ciceronem Vestae aedem ipsum designare prytaneum, non tamen improbo singulare Tarenti exstitisse Vestae templum, rotundae fortassis formae cf. Plut. Num. 11., quod apud populos Italicos imprimis observata sunt Deae sacra, deinde Romam traducta. Varro de ling. lat. p. 22. Bip. Ovid. Fast. VI., 260 sq. Apud Rheginos Vestam cultam esse patefacit Smicythi donarium Olympicum. Pausan. V., 26. 2.

10) *Venus.*

Veneris sacra maximam partem in Graecorum urbibus maritimis repetenda esse a Phoenicibus, recte monuit Müllerus Dor. tom. I. pag. 405 sq., fieri enim oportuit, ut adaucta opulentia homines ad sacra mollia et luxuriosa delaberentur. Inde accidit, ut

---

Ignarra de phratr. p. 138. [19]) Ceres σώτειρα etiam in nummis aliarum urbium est. Creuzer Symbol. IV, p. 310. Simili modo Maronitae in Thracia Bacchum suum in nummis vocarunt σωτῆρα locupletati

vel Spartanorum coloniae Deae illi sacra facerent, velut Cyrenae *τῇ Ἀφροδίτῃ ἐν κήποις.* Boeckh explic. ad Pind. p. **283.**, et Cnidus Pausan. I., **1**, **3**. Plin. nat. hist. XXXVI., **4**, **5**. Mannert. geogr. VI, **3**. p. **234** sq. De Tarentino Veneris cultu vix dubites (cf. Leonid. Tarent. epigr. **13.**), sed tollit omnem dubitationem Hesychius, qui s. v. *βασιλίνδα* ait: *παρὰ Ταραντίνοις δὲ καὶ ἡ Ἀφροδίτη βασιλίς.* Ipsum Veneris Reginae cognomen molliorem cultum indicare videtur [20]), qualis apud Corinthios fuit, existimes igitur in Veneris simulacris neglectum fuisse habitum illum bellicosum, quem adamabant Spartani Pausan. III., **15**, **8** — **23**, **1**. Leonid. epigr. **50.**, sed neque hoc pro certo dabitur, quoniam apud Corinthios quoque fuisse Veneris armatae simulacrum testis est idem Pausanias II., **4**. extr. Venus Tarentina veremur ne Dea maritima fuerit, quemadmodum apud Cnidios Pausan. l. c. et Hermionenses ibid. II., **34**, **11**. De Charitibus et Erote a Spartanis et Cretensibus cultis (Müller Dor. I. p. **407**) in Tarentina civitate non habeo quod dicam.

Heroes.

1) *Hercules et Heraclidae.*

A Diis progredimur ad genus heroum ob fata factaque sua, quae fabulis sunt exornata, divinos honores adeptorum; ducit familiam Hercules Doriensium, genti fere proprius eique facilius quam Apollo vindicatus a Müllero Dor. tom. I. p. **411** sq. Multa supersunt testimonia Herculis apud Tarentinos religionem insigniter probantia, in quibus locum principem obtinet nummorum copia. Eckhel D. N. I. p. **153.** Conspicitur enim ipse Hercules Mionnet. I. p. **147.** et clava (vide supra), aut Herculis caput ibid. p. **138.** leonis [1]) pelle plerumque tectum p. **137.** Suppl. I. p. **279. 280.** Eckhel D. N. I. p. **147**, nimirum ejus, quem ad Nemeam devicerat. Apollod. II., **5**, **1**. cf. Müller Dor. I. p. **442** sq.; quae victoria ipsa repraesentatur in aliis Tarenti nummis, pugnante Hercule contra leonem Suppl. I. p. **278.**, tenente clavam vel ipsum leonem ibid. p. **279.**, cumque suffocante Mionnet. I. p. **147. 149.** Suppl. p. **292.** vel inter crura sua occidente Mionnet I. p. **147.** Suppl. p. **278.** Eckhel num. anecd. tab. III., **6**. Eandem imaginem referunt nummi Heracleae ibid. nr. **11. 13.**, cui, cum olim Siris vocaretur, ob Herculis sacra nomen imposuere Tarentini [2]), ita ut, quoniam TA et H in nummis legitur, dubium nonnunquam fiat, utrum ii ad Tarentinos an ad Heracleenses referendi sint. Eckhel D. N. I. p. **148**. Heyn. opusc. II. p. **241** sq. Praeterea exstat in nummo Hercules infans serpentem suffocans Mionnet. Suppl. p. **292.**, quemadmodum idem apparet in Crotonis nummis Eckhel num. anecd. pag. **44.** tab. IV., **2**. cf. Apollod. II., **4**, **8.**, in alio denique nummo conspicitur Hercules equi domitor Mionnet I. p. **148.** Sed hactenus de nummis, evincunt alia historiae documenta Herculis cultum Tarentinum. Etenim secundum quosdam Taras heros Herculis dicebatur filius et Phalanthus urbis conditor octavus ab Hercule v. de orig. Tarent. p. **5**. cf. Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. **615.**, quae dictio etsi Dione Cassio auctore LXXIX., **10** modo virum fortissimum denotare videatur, tamen referri potest ad sacram aliquam stirpis Phalantiadarum genealogiam v. de civit. Tarent. p. **32.** Factus enim Hercules Tarentinis quoque *γενάρχας*, ut appellatum esse heroem in Spartana inscriptione Müllerus adnotavit Dor. tom. I. p. **411.**, cum Crotone coleretur tanquam civitatis *οἰκιστής*. Eckhel D. N. I. p. **172.** Minime dubitari potest, quin impense heroem coluerit gens inter Tarentinos nobilissima principum, quae, deductis e patria Herculis sacris, stirpis originem ad Phalanthum referebat, quemadmodum apud Halicarnassenses gens Antheadarum adeo inclaruerat Neptuni sacris, ut auctor coloniae Anthes dei filius esse creditus sit. cf. Müller Dor. tom. I. p. **108.** Atqui Tarentinorum universus populus Herculem veneratus est, id quod cognoscas e cognomine *Ἐριδανάτας* omnium bonorum largitorem significante, uti Apollo *Δοναστάς* appellatus est. Hesych. s. vv. [3]). Certissimum religionis argumentum colossus est Herculis in arce Tarentinorum positus, a Lysippo confectus. vide infra. De tali Herculis statua Lysippi opere

---

vini copia. Plin. nat. hist. XIV, 6. Eckhel. num. anecd. pag. 38. D. N. p. 155. [20]) *βασιλίδας τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα ἐκάλουν οἱ κωμικοί* Hesych. *ἀριστόδημος.* De propenso ad amorem Tarentinorum animo dixi de civit. Tarent. pag. 29.

[1]) Leonem solum habent nummi apud Mionnet I. p. 140. Suppl. I. p. 283. [2]) Pariter antiquae Minoae Spartani tribuerunt nomen Heracleae. Mannert geogr. IX., 2. p. 364 sq. Novit viginti tres hujus nominis urbes Stephanus Byz. s. v. *Ἡράκλεια*, ut haereas nonnunquam, quam urbem significari arbitreris. [3]) Thuriis Hercules dictus est *Ἐπιβολούς*, si quid video, is qui omnia in se suscipit. Hesych. s. v.

superest Gemini satis venustum epigramma Antholog. tom. II. p. 255. (Analect. II. 280.), quocum conferas aliud Philippi epigramma LII et Jacobsii animadvv. vol. II. p. 2. pag. 311 sq. Perspicitur inde a Lysippo fictum esse Herculem, qui Jolae amore victus, quum hujus fratrem Iphitum Euryti filium a rupe dejecisset, jam servitio suo poenas daturus est Omphalae. Apollod. II., 6, 1 sq. Heyne observ. p. 178. Müller Dor. I. p. 415 sq. cf. pag. 450. Verum tale aut simile non potuit esse herois simulacrum Tarentinum, Herculis, qui tutor erat civitatis Pomp. Sabin. ad Virg. Aen. III., 551, qui patrio more pugnantis habitu conformandus erat, neque huc pertinet statua Herculis in colle Palatino reperta, cui fraude inscriptum est Lysippi nomen Heyn. opusc. II. p. 230. Plures a Lysippo elaboratae sunt Herculis statuae v. Heyn. in comment. soc. Gotting. tom. X. p. 87. Sillig catalog. artific. p. 259 sq. Fuisse Tarenti templum Herculis haud absque omni probabilitate memorat scholiasta Horat. Od. I., 28, 29, sed nescio qua fretus auctoritate, certe in palaestris cultus est Hercules ipsius luctandi artis antistes (Creuzer Symbol. III. p. 542 sq.) et Crotone et Tarenti, quarum urbium cives florebant arte gymnastica. Non igitur dubitatur de Herculis sacris Tarentinis, jam qua ratione in Italiam allata sint quaeritur. Attulere procul dubio e Graecia coloni, qui si cujus herois sacra secum ferebant, hunc jam ante ipsorum adventum circa novam sedem versatum esse fabulati sunt. Müller proleg. pag. 140 sq. Atque ita quidem factum est a Crotoniensibus Müller Dor. I. p. 488 sq., qui e Laconia venerant, Herculem ii heroem patrium immiscebant fabulis ad templi Junonis Laciniae dedicationem et Crotonis res pertinentibus Serv. et Pompon. Sabin. ad Virg. Aen. III., 552. Diodor. IV., 24. Athen. X. p. 441. Jambl. Pythag. 50. Crotone abiit cultus in coloniam Pandosiam, ubi Herculis vestigia apparuisse retulit Aristoteles mirab. 101. Forsitan ipse Hylias fluvius nomen debuit Hylae Herculis amori Müller Orchom. p. 293., de qua re vulgatas fuisse fabulas, uti de Neaetho flumine, non absonum est. Quin ipsi Bruttii, populus partim barbarae, partim Graecae originis secundum nonnullos nomen habuerunt ab Herculis filio Brento vel Bretto Eustath. ad Dion. Perieg. 362. Stephan. Byz. *Βρέττος* cf. Hesych. *Βρέντιοι*, cui fabulae vix me teneo quin credam auctores fuisse Crotonienses, nisi tribuenda est cuidam scriptorum confusioni, qui Brundusii conditorem in Bruttiorum ducem converterunt. In Messapia peninsula debentur Tarentinis ea, quae de Herculis commoratione circumferebantur, inde Brentus Herculis filius Brundusinorum *οἰκιστής* Stephan. Byz. *Βρεντήσιον*., cumque animadvertissent novi coloni circa Japygium promontorium fontem cruore visum defluere, illic ferebant gigantes esse ab Hercule depugnatos. Aristot. mirab. 100 [4]) cf. Ignarra de phratr. p. 227 sq. Aliud Herculis signum circa idem promontorium servavit idem scriptor de mirab. 102; quid quod neque Etruria carere voluit Herculis posteris? Herod. I, 94. Micali Italia I. p. 100 sq. Fama de Herculis migrationibus concepta postea divulgata iis est carminibus, quae *Ἡράκλειαι* vocantur, revertentem ea docuere ab insula Erythea Herculem advenisse in Italiam Conon. 3. cf. Niebuhr. hist. Rom. tom. I. p. 86 sq. (ed. II.), sed longe alia est sententia Ritteri Vorhalle p. 351 sq. Sat et abunde quae monui patefaciunt, quomodo Herculis sacra propagata sint, nec cogitandum esse de Hercule Tyrio Phoenicum [5]), uti voluit Münterus Velia p. 25.

Tarentini Herculis sacra a Spartanis, quibus Heraclidae reges erant, cum petiissent, et ipsi Heraclidas habere in majoribus suis putati sunt cf. de orig. Tarent. p. 5. Consentaneum est ab iis praeter Herculem divino honore cultos esse Herculis posteros; sic constat de Phalantho ab Hercule octavo, cui ob beneficium, quo Tarenti possessionem in aeternum fundavit, divinos honores cives tribuerunt [6]) Justin. III, 4, 18, quales Syracusis Hiero obtinuit *ὡς ἂν κτίστης γεγονὼς τῆς πόλεως* Diod. Sic. XI, 66. Sed alios etiam Herculis stirpe prognato Temeno heroi (Müller Aegin. p. 39 sq. Dor. I. p. 63.) consimiles honores tribuisse Tarentini videntur, ab hoc enim vocatas esse Temenidas portas, neque a voce *τέμενος*, vicino luco, quod suadet Joann. Juvenis de fortun. Tarent. IV. 4, aperte nos edocet scriptura codicum Polybii VIII, 30, 2. *Τημενίδας*.; contra recte pars Syracusarum *ὁ Τεμενίτης*, quae postea appellabatur Neapolis Cluver. Sicil. antiq. p. 151, a luco ducere nomen existimatur. Göller de situ et orig. Syrac. p. 59 sq.

[4]) Hercules *γιγαντοφόνος* videtur primum occurrere in solio Apollinis Amyclaei Pausan. III., 18, 7. Heyne dissert. antiq. I. p. 23. Ad Aristotelis locum Beckmannus e Pausania IV., 35, 6 comparat fabulam non absimilem. [5]) De Hercule Tyrio vide Creuzer Symbol. II. p. 211 sq. In nonnullis fabulis absque controversia coaluit cum Hercule Graeco. Müller Dor. I. p. 452 sq. [6]) Coluit omnium maxime gens Pha-

2) *Dioscuri et Venti.*

Dioscuros liceat nobis in heroum referre numerum, quamvis hodie constet viris peritissimis, eos, quum prisci dii essent, fabulis revocatos esse ad heroicum genus Tyndaridarum cf. Dissen explic. ad Pind. p. **471.** Müller Dor. tom. I. p. **408.** Conspiciuntur in nummo Tarentino equis insidentes, insigniti stella [7]) super capite Mionnet Suppl. I. p. **275**, Rasche lexic. V, **1.** p. **512**, quem nummum edidit Eckhel. num. anecd. tab. III, **2.** cf. D. N. I. p. **153**, nec mirum est in urbe maritima divinis honoribus cultos esse, qui ventorum rectores et navigatorum patroni crediti sint. Creuzer. Symbol. II. p. **338** sq. Quorum numinum sacra Spartanis quoque celebria Müller l. c. Amyclis Laconiae Tarentum asportata esse olim adnotavi de orig. Tar. p. **41.**, atque ex eadem patria Cyrenas pervenere, cujus civitatis nummi juxta silphium stellas obvias praebent. Boeckh. ad Pind. explic. p. **284.** Item apud Agrigentinos colebantur Dioscuri Boeckh. l. c. p. **135**, apud Locrenses in Italia Diodor. excerpt. Vatic. p. **15.** atque Neapoli, quippe praesides facti rebus gymnicis. Ignarra de phratr. p. **107. 178.**

Adjungimus Dioscurorum religioni quae de sacris Ventorum ab illis rectorum (qui ab ipsis Diis profecti sunt Hesiod. theog. **869** sq.) in Tarentina civitate peractis constant. cf. intp. Aquin. delic. Tarent. p. **64** sq. Explicat enim Etymologici Magni auctor s. v. *ἀνεμύτας*: *παρὰ Ταραντίνοις ὁ ὄνος ὁ ἀνέμοις θυόμενος*, qua glossa edocemur emendandum esse Hesychium s. v. *ἀνεμῶτας*, ubi aut excidit vox *ὄνος* aut restituenda est pro voce: *ὄνομα.*[8]) Quid autem magis consentaneum esse potest, quam in urbe maritimis commerciis victum atque opes sibi comparante sacra sua habuisse Ventorum numina? Non alio modo Thurii feruntur apud Aelianum V. H. XII, **61** (vide ibi Perizon. Gierig ad Ovid. Metamorph. VI, **683**) a Dionysio armis petiti, classe hostili a borea disturbata, liberatique metu Boreae sacra fecisse eumque civitati suae adscripsisse [9]). Habuit etiam apud Athenienses sua Boreas sacra Aelian. l. c. Herod. VII, **189.** Pausan. I, **19**, **6**, ex quibus Thurina exordium cepisse arbitror, nec minus apud Megalopolitanos. Pausan. VIII, **36**, **4.** coll. **27**, **9.** Aelian. l. c. Abierunt Tarentum Ventorum sacra haud dubie e Laconia, Lacedaemoniōs enim Ventis equum immolasse in monte Taygeto, et adoluisse, ut eorum flatu cinis ejus per finis quam latissime deferretur, auctor est Festus s. v. october equus. Verum quid rei sit Ventis cum equo vel asino, videant alii, equidem hoc loco verbo tetigerim nexum, qui etiam Dioscuris intercedebat cum equis, quorum numinum ara constituta erat in hippodromo Olympico. Pausan. V., **15**, **4.**

3) *Taras fluvius et Nymphae.*

Extra omnem dubitationem positum est, non minus quam Phalanthum divinis honoribus Tarantem antiquissimum civitatis conditorem Tarentinos affecisse. Equidem olim (de orig. Tarent. p. **7.**) fluvialem ab initio Deum Tarantem fuisse suspicatus sum, in quam sententiam ea neminem non ferat narratio, qua Nymphae et Neptuni filius esse vetustissimus heros perhibetur, manifesto enim aquarum numina respicit fabula. Accedit, quod omnino prisca illa Messapiorum gens, apud quam Tarentum conditum est, Nympharum Epimelidarum divino cultu insignis erat Antonin. Lib. **31.** [10]) et Deorum fluvialium religione, in quorum numerum Japygem heroem refero, amnem dictum a Plinio nat. hist. III., **16**, fontes denique observa plerosque pro sacris esse habitos. Serv. ad Virg. Aen. VII., **84.** Quid igitur mirum est, si Dei instar Tarantem fluvium cultum esse e simulacris, quae sunt in nummis variis Deorum insignibus ornata, absque omni controversia cognoscas? Idem videntur fecisse Sybaritae, namque in vetusta pictura adumbratum fuisse legimus Sybarin adolescentem cum fluvio Calabro, fonte Calyca, Dea Junone et Temessa urbe Pausan. VI., **6**, **4**; idem fluvialis Deus Sybaris, opinor, intextus erat pretiosae illi Alcisthenis Sybaritae vesti. Aristot. mirab. **99.** Athen. XII. p. **509.** Schweigh. Omnino haud raro

---

lantiadarum. Ignarra de phratr. pag. 66 sq. [7]) Atque sic plerumque notantur in picturis vasorum. cf. Tischbein IV. pl. 52. Stella in aliis nummis sola est Mionnet I. p. 140. Suppl. I. p. 280. Taras cum stellis duabus conspicitur apud Mionnet I. p. 142. Suppl. I. p. 288. [8]) Vide intpp. ad Hesych. l. c. Suidae *Ἀνεμύτας* proprium nomen est. [9]) Quod eventum quo pertineat et qua in re Aelianus erraverit, docuit Heynius opusc. acad. II. p. 141. [10]) Vide ibi disputantes Munckerum et Verheykium pag. 136 sq. ed. Teucher. Ad sacra nympharum non absonum est pertinere templa, quae inveniuntur prope Tarentum subterranea. Bossi hist. Italiae tom. I. pag. 210. De nymphaeis adde not. ad Aquin. delic.

inter divos relati sunt a Graecis fluvii [11]), ut constat ex Aeliano V. H. II., 33 ibiq. Perizon., ubi hic scriptor Agrigentinos fluvio suo sub forma juvenis repraesentato sacra fecisse memorat. cf. Boeckh ad Pind. explic. p. 123. Eurotam refert idem Aelianus bovem finxisse Lacedaemonios, quod quidem Tarentini, quamquam fluvialis Dei cultum retinuerunt, non imitati, sed Agrigentinorum potius exemplum secuti esse videntur. Exstat enim Tarentinorum nummus aureus illustris omnibus artis illecebris conspicuus, editus ab Eckhelio num. anecd. tab. III, 1., in eo Neptunus sedens sinistra tenet tridentem, adstat puellus utraque manu elata deo adblandiens. Puellus hic Taras est Neptuni filius, res graphice expressa, nam qui supplicant barbam alius prehendunt. Hom. Il. X., 454 sq. Callim. in Dian. 26 sq. cf. Mazoch. ad tab. Heracl. p. 554. Eckhel l. c. p. 31. D. N. I. p. 147. Rasche lexic. V., 1. p. 511. Mionnet. Suppl. I. p. 276.

4) *Heroum parentalia et sacra mortuorum.*

Memorabilis est apud Aristot. mirab. 114. locus. Tarenti enim, inquit libri auctor, solent interdum parentare Atridis et Tydidis et Laertiadis, Agamemnonis autem scorsim sacrificia agere alia die constituta, in quibus (latet causa) mulieribus immolata tangere lege interdicitur. Est et templum apud ipsos Achillis [12]). Miramur sane, quod ii modo heroes recensentur, qui bello Trojano, ut fama est, inclaruerunt, nec possumus quin judicemus colonos Tarentinos illorum sacra ex ipsa patria Laconia [13]) tulisse in Italiam, id quod olim a nobis adnotatum est de orig. Tarent. p. 41. Bellum enim Trojanum, ut Achaeis in Peloponneso ducibus gestum est, ita postea a poetis in aulis principum Achaeorum decantatum esse videtur, dum illi morem gerebant fabulis huic Graecorum genti propriis. Inde facile perspicitur, quomodo heroum illorum cultus divinus in Italiam abire potuerit, videlicet translatus per colonos Achaeorum, qui Tarentum, Sybarin, Metapontum, Crotonem profecti sunt, ac de Metaponto quidem constat, quod Neleidis egit exsequias Strabo VI. p. 264. Cas., Nestore Pyliorum duce, ut fama est, conditore usum. cf. Solin. II., 10. Vellej. I., 1 ibiq. intpp. Item Cyrenae, quo per Theram insulam deducti sunt veteres Laconum coloni stirpis Achaicae divinis honoribus prosequebantur Antenoridas, utpote quorum parens Menelao atque Ulyssi fuit hospes. Clavier hist. Graec. tom. I. p. 310. 397. cf. Boeckh ad Pind. explic. p. 290. Eadem in hac re sententia est ferenda, quam de Herculis itineribus proposuimus, nempe quorum heroum sacra novi coloni asportabant, eosdem existimabant in novis sedibus jam olim esse versatos, neque alia ratione explicanda ea videntur, quae de Philocteta Petiliae, Crimisae, Malacae, Chones, Sybaridis conditore circumferebantur. Abierat enim Philoctetae cultus divinus in Italiam per colonos, nescio an per ipsos Crotoniatas aut Sybaritas cf. schol. Lycophr. 927. Aristot. mirab. 115. [14])

Jam quod Tarentini heroibus parentasse dicuntur, id pertinet ad lugubrem mortuorum cultum divinum, ad quem spectant etiam Apollinis Hyacinthi et Jovis fulminatoris, quin ipsa Dioscurorum sacra. Dissen. ad Pind. explic. p. 471. Omnino heroum cultus mortuorum dicendus est cultus, sive hominum de patria egregie meritorum, post mortem inter divos relatorum, unde consentaneum est, exsequias actas esse iis, quibus mors hono-

---

Tarent. pag. 95. [11]) Alpheus fluvius (Mannert. geogr. tom. VIII. p. 467 sq.) memoratur in duodecim deorum aris ab Hercule Olympiae dedicatis. schol. Pind. Olymp. V., 8. 10 et Heyn. ad Apollod. p. 186. sq. Müller proleg. p. 135. Aliae urbes colebant heroinam, veluti Thebae Boeckh. ad Pind. p. 161. Sybarin heroinam intelligit Heynius (opusc. II. p. 173.) in veste Alcisthenis. [22]) Quae deinde sequuntur apud Aristotelem aperte monstrant nonnulla confusa esse ab excerptore, cui eam libri de mirabilibus formam, qualis nunc est, debemus. [13]) In Laconia παρὰ τὸ τῶν Λευκιππίδων ἱερὸν memorat Plutarchus quaest. graec. 48. τοῦ Ὀδυσσέως ἡρῷον. Colebantur heroes belli Trojani diversis in Graecia locis, uti de Ulysse et Hectore monuit Dissenius ad Pind. explic. p. 424. 537 sq. Boeckh. [14]) Exstitit deinde mirus quidam fabularum nexus, partim quod Graecus heros cum indigena confusus est (quod de Diomede probari potest), partim quod Graecorum heroum fabulae inter se commixtae sunt. Sic opinor efficit Apollinis Herculisque cultus, quo florebant Crotonienses, ut Philoctetes Herculis tela ab illo in monte Oeta supremam obeunte diem accepta (Hygin. fab. 36. Philostr. heroic. 5. p. 702. Olear) in templo Apollinis Halii devovisse crederetur. Etym. Magn Ἁλαῖος. Müller. Dor. I. p. 449. Verum etiam Petilia Herculeam servare superba erat pharetram, ut ait Silius XII., 433.; cujusmodi fabularum discrepantia nescio an debeatur Crotoniensium et Sybaritarum rixis, qui sibi cum heroe urbes, quas condidisse ferebatur, vindicaturi erant. Haec memoravi, ut constaret de ratione, qua heroum sacra in Italiam e Grae-

rem summum attulerat. De mortuorum cultu apud Tarentinos sunt praeter ea, quae memoravimus, indicia satis certa. Cives enim Tarentini, ut retulit Polybius VIII, 30, 6 sq. auctor accuratissimus, mortuos suos omnes intra muros soliti sunt humare, ut orientalis urbis pars plena esset sepulcrorum monumentis. Fuit in causa, ut dicunt, ἀρχαῖόν τι λόγιον, quippe Deus Tarentinis vaticinatus erat, ἄμεινον καὶ λῷϊον ἔσεσθαι σφισι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων [15]). Jam cives probe oraculo satisfactum iri rati, si mortuos quoque intra moenia tenerent, ob hanc causam etiamnunc (i. e. Polybii aetate) mortuos intra portas sepeliunt. Erat sane hoc singulare aliquid, quoniam in aliis Graecorum urbibus sepulcra solebant extra moenia esse cf. Polyb. IX., 17, 2. 6. Cic. epist. ad fam. IV., 12. Vales. ad Ammian. Marcell. XVIII., 7. Cum oraculorum fidei in his non multum tribuendum sit, nam unumquidque confirmabatur oraculis sive datis sive fictis, Mannertus geogr. IX. p. 2. p. 62. judicavit, sepulcra olim extra moenia posita, quum urbs circuitu amplificaretur, intra moenia recepta esse. Equidem potius respiciendum censeo ad patrios mores, namque apud Spartanos quoque sepelire in urbe mortuos fas erat. Plutarch. Lycurg. 27. institut. Lacon. 18. Crag. de republ. Lacedaem. p. 110 sq. Müller Dor. II. p. 400. Lacedaemone obtinuerant coloni Tarentini mortuorum divinum cultum, quem simili modo Cyrenis institutum fuisse colligimus, verum non propagata ab Aegyptiis et Aboriginibus religione, ut voluit Boeckhius ad Pind. explic. p. 292., sed per Theram insulam e Laconia. — Ceterum quum tantam mortuis suis curam impenderint Tarentini, non licet dubitare de sepulcrorum magnificentia, quam apud Agrigentinos testatur Diodorus XIII., 82; ac profecto constat de splendida Phalanthi sepultura apud Brundusinos. cf. de orig. Tarent. p. 52. Recentiori saltem tempore magnam gerere curam sepulcrorum Tarentinos affirmat Joannes Juvenis ipse cives Tarentinus in libro suo IV., 1., ac si verum est, quod retulit Micali Italia tom. I. p. 245., servare funera in Calabria antiquos Graecorum ritus, e recentioribus pristina colligi et effingi possunt.

Liber de artium cultu.

Facilis nobis a rebus sacris ad artes Tarentinorum paratur transitus, quoniam ex illis hae originem habere et incrementa capere apud plerasque gentes soleant. Verum in artium expositione is observandus ordo erit, ut exordium ducentes ex iis, quae vitam populi externam spectant ab eaque pendent, ad ea progrediamur, quae mentem humanam excolentes quasi viam sternunt litteris.

1) *Ars gymnastica.*

Cive ingenuo apprime digna ars gymnastica a veteribus existimata est, quam quantum facere ad excolendam hominum indolem crediderint, apparet inde, quod in educandis pueris haec olim ars summum locum obtinuit; gymnicis exercitationibus a barbarie defensam esse civitatem Tarentinam alibi enarravimus. Artis florem commonstrant praeter elegantissimum gymnasium Tarentinum civium victoriae Olympicae. Servavit victorum duorum nomina Diodorus XV., 23. XVI., 37. Dionysodori Tarentini, qui in stadio vicit, cum apud Eleos Olympias C. agebatur, et Smicrinae [1]), qui Olympiade CVII. victor de stadio rediit. cf. Euseb. in thesaur. temp. Scalig. p. 219. Catalog. hieronic. post Corsinii dissert. agon. p. 128. 134. Nec dubitandum, quin ante haec tempora cives Tarentini vicerint Olympia, nempe conspexit Pausanias VI., 14, 5. Olympiae Anochi signum athletae Tarentini, Adamatae filii, qui in stadio et diaulo (Ignarra de phratr. pag. 109.) victoriam reportavit. Opus erat Ageladae Argivi, quem artificem si floruisse dixeris circa Olympiadem LCC., ut alio loco probavimus v. Sillig. catalog. artif. p. 10 sq., de tempore in universum, quo vicerit Anochus, judicare poteris, quum aliud multo probabilius accedat argumentum. Etenim dubitari nequit, quod intellexisse Heynium opusc. V. p. 368. (cf. Corsini catalog. p. 122.) puto, quin a Pausania laudatum verum victoris ejus nomen sit, quem Africanus apud Eusebium in Scalig. thes. temp. p. 218. (inde in Scalig. συναγωγῇ) vocat Ἀνοχᾶν.

cia perlata novisque fabulis aucta sint. [15]) Πλείονας pro τεθνεῶτας sive ἀποιχομένους poni monuit Eustathius ad Iliad. p. 451. ed. Basil. et Odyss. p. 7. — Varro de ling. latin. V. p. 58. Bip. loquitur de Accis Tarentinis, in quibus parentatum sit, ut locum corruptum emendandum esse viderunt Scaliger et Popma in notis tom. II. p. 130 sq. Bip., incertum tamen, qua ratione.

[1]) Apud Eusebium dictus Μικρίνας, sola dialecti varietate, ut monuit Wesselingius ad Diod. l. c.

Proinde Anochi victoria ponenda erit Olymp. LXV., quo tempore adolescens admodum Ageladas erat. Corsini fast. Attic. tom. III. p. 121. Aliud Tarentini, si recte divino, athletae victoris nomen servavit Pausanias V., 25, 4. Hippotion enim Olympiae Herculem dedicaverat puerili aetate sagittis leonem Nemaeum conficientem Cum opus esset Nicodami Maenalii cf. Siebelis ad Pausan l. c., qui circa Olymp. XC. floruit Sillig. catalog. artif. pag. 299., habes, unde Hippotionis aetatem constituere liceat. At quantam arbitrere temporum injuria deperditam esse copiam nominum eorum, qui Tarento oriundi tam in aliis certaminis generibus, quam in cursu, qui pro summo habitus est (Fabri agonist. p. 330 sq.), vicerint. Maximam procul dubio non solum athletici roboris gloriam, sed etiam temperantiae laudem tulit Iccus Tarentinus [2]) Nicolaidae filius, qui Olympicam coronam quinquertio nescio quo anno nactus est Corsini catalog. p. 132., Pythiorum etiam et Isthmiorum victor Aelian. de nat. anim. VI., 1., optimus suae aetatis athleta, cujus statuam Olympiae positam vidit Pausanias VI., 10, 2. Floruit hic vir circa Olympiadem LXXVII., teste Stephano Byz. *Τάρας.* cf. Scalig. *συναγωγή,* Milone celeberrimo Crotoniatarum athleta aetate paullo minor, qui Olympiade L. coronatus esse scribebatur in chronicis Gell. XV., 16., atque sexies Olympiorum victor Pausan. VI., 14, 2. Diod. XII., 9. diruit Sybarin Olymp. LXVII. Heyn. opusc. II. p. 136 sq. cf. Fabri agonist. p. 94 sq. Icci illius jam Plato meminit Protag. I., 1. p. 164. Bekk. (316 Steph. cf. Steph. Byz. l. c.) de legg. libr. VIII. tom. III. p. 3. pag. 97. Bekk. (840 Steph.), qui paullo post eum vixit, dicas igitur Icci gloriam mox ex Italia perlatam esse in ipsam Graeciam, nisi forte Plato, cum Tarenti erat Corn. Nep. Dio II., 2. de eo fama audiverat. Verum majorem habes viri laudem quam ob fortitudinem ob continentiam, quippe enim, quum Milo magnam ciborum portionem comederet Athen. X. pag. 8. Schweigh. Villois. anecd. I. p. 291. Barthelemy iter Anachars. tom. II. p. 123., Iccus modo sobrio victu corpus humanum corroborari intellexerat. Quare primus coepit temperantius vivere (ut recte Aeliani verba explicavit Perizonius rejecta Fabri conjectura in agonist. p. 237.) per totum tempus certaminis [3]), absque Venere plane abstinuit. Aelian. V. H. XI., 3. nat. anim. VI., 1. (e Platone); quo artificioso studio non modo corporis agilitatem nactus est, sed etiam *τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ,* ut Plato ait de legg. l. c. cf. Galen. de locis affectis lib. VI. Abiit igitur in proverbium *Ἴκκου δεῖπνον* de sobrie et illaute coenantibus Eustath. ad. Dion. Perieg. 276. ad Iliad. *ε* p. 610. Rom., indeque factum videtur, ut *ἰατρός* appellaretur a quibusdam Eustath. ll. cc. Steph. Byz. *Τάρας.* Satis nobis est ad declarandum viri ingenium unicum ejus, quod conservavit Plato Protag. l. c. dictum, quo apte sophistarum artem gymnasticam (videlicet mentis) vocaverat, haud immerito igitur *σοφόν* dixit Iccum Eustathius ad Iliad l. c. Comprobant haec de Icco recitata ea quae olim dixi de vi gymnastices ad conservandam morum castitatem. Alius denique memoratur athleta Tarentinus *Μῦς* a Suida XI., 7 Schott. cf. Zenob. V., 46. in explicando proverbio *ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ* de iis dicto, qui magno cum labore vincunt, non ducto a muribus, sed a Mure Tarentino pugile; is enim Pisae [4]) concertans quum multos haberet constitutos adversarios pluribus acceptis plagis aegre vicit Olymp. C.

Tarentinos hieronicas eodem quo Graecorum alios honore dignos habitos esse probabile est, ut in prytaneo coenarent Vitruv. praef. IX., 1. Plato apolog. p. 37. Steph. (I., 2. p. 130. Bekk.). Pausan V., 15, 8. cf. Ignarra de palaestr. Neap. p. 70. — Ceterum facile perspicitur rei gymnasticae studium ex ipsa patria ad colonos abiisse, quoniam Spartanos et in stadio, et in pentathlo, et in luctatione frequentius victores scriptos legimus in catalogis v. Müller Dor. II., p. 307., Tarentini igitur sicuti Crotoniatae in eligendis certaminum generibus patrium exemplum secuti esse videantur. Müller l. c. p. 308 sq. Ipsum Tarentini Phalanthum urbis conditorem bonum prodidere athletam, quippe quem ab Hercule omnium athletarum exemplo dixere octavum Dio Cass. LXXIX, 10., ac perdura-

---

Sic Micythus et Smicythus. [2]) Rheginum vocat Eustathius ad Iliad. *ε* pag. 610. ed. Rom haud dubie solo scripturae vitio. [3]) Quod erat decem mensium, quibus ad certamina athletae castimonia sese praeparabant. Pausan. V., 24, 2. VI, 24, 3. Eustath. ad Iliad. *ω.* p. 1472. Fabri agonist. p. 235 sq. Omnino de abstinentia athletarum a Venere consulendus est Clemens Alex. strom. III. tom. I. p. 534. Pott. De Icco adi Fabrum p. 237. [4]) Kusterus recte animadvertit scribendum esse *Πίσῃ*, dummodo vera sit Suidae explicatio. At simile est apud Suidam proverbium *μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος* de iis dictum, qui cum ante audaces essent, subito fiunt timidi cf. Diogenian. II., 64. proverb. Vatican. II., 68.

vit artis studium in civibus etsi degenerando ad Pyrrhi tempora usque, clausit igitur rex ille gymnasia Plutarch. Pyrrh. 16., non enim dubites, quin praeter unum illud gymnasium, cujus mentionem injicit Strabo tom. II. p. 285. Tzsch. complures fuerint palaestrae ad Athenarum exemplum constitutae. Xenoph. de republ. Athen. II., 10. Omnino memoria dignum est, totam fere orientalem inferioris Italiae oram gymnasticae rei studio excelluisse, quo prae aliis Croton nobilitata est. Hujus urbis, ne iterum commemorem Milonem et Phayllum Corsini catalog. p. 134. 136. 145. 151. 156., cives septem una erant Olympiade victores. Strabo VI. p. 262. Casaub. Jamblich. vit. Pythag. 44., aliosque recensuit Goltzius Sicil. et Magn. Graec. p. 281., itaque merito dictus est Crotoniatarum ultimus ceterorum Graecorum primus. Strabo l. c. Münter Velia p. 9. [5]). Apud Locrenses Euthymus athleta divinos in vita sua accepit honores. Plin. nat. hist. VII., 48. Micali tom. III. p. 168. Heyn. opusc. tom. II. p. 61. Videtur mihi ipsa aëris temperies felicissima in his Italiae plagis corroborasse hominum genus, nam et hodie non minus validi quam formosi sunt Calabriae incolae, sicuti olim Crotoniatae Cic. de invent. II., 1 et Lacones Xenoph. respubl. Laced. V., 9., ita ut corporis vigor ad artes gymnicas homines provocarit, ille vero iisdem auctus sit. Strabo l. c.

2) *Ars musica.*

Ut gymnica arte firmari corpora, ita prae ceteris artibus musica mentem exerceri arbitrati sunt veteres, quemadmodum ipse docuerat Aristoxenus, musicam esse vitae humanae emendatricem Strabo I. p. 16. Casaub. fragm. Mahnii p. 159. Nihil igitur mirum, musicam artem a Tarentinis omnium artium amantissimis esse excultam, cum vel a Lacedaemoniis corporis pluris quam mentis cultum aestimantibus minime neglecta et posthabita sit Müller Dor. tom. II. p. 320 sq., et Locrenses musicae laude praecelluerint. Boeckh explic. ad Pind. pag. 197. Ut hoc loco omittam Tarantem heroem cithara aut lyra ornatum in nummis, quem falso pro Arione viri docti habuerunt, videtur tamen ad artes musicas respicere nummus Tarentinus figuram exhibens virilem, quae manu tenet plectrum et coram pardalum, qui sese demittit blande Mionnet descr. num. tom. I. p. 147., musicae enim vi vel ferae bestiae domitae esse dicebantur et ab Orpheo et ab aliis. Siebelis ad Hellenic. p. 131 sq. An musica certamina Tarentini instituerint pro certo non affirmaverim, sunt autem ex viris musicae laude maxime conspicuis nonnulli pàtria Tarentini, in his Nicocles incertae aetatis citharoedus [6]) omnium praestantissimus, cui ipsis Athenis, quo iter fecisse videtur, ad viam sacram conditum monumentum erat. Pausan. I., 37, 1. Heraclitus Tarentinus cantans citharam pulsabat in nuptiis Alexandri Athen. XII. p. 538. f., ut colligere possis, non raro artifices Tarentinos peregrinas terras peragrasse. Reliquorum quidem musicorum nomina praeter Euangeli [7]) fata nobis inviderunt, sed praeclarae exstant notitiae de Aristoxeno musicae artis scriptore, Aristotelis familiari, qui Tarenti natus vixit Alexandri Magni tempore. Steph. Byz. *Τάρας.* Suid. *Ἀριστόξενος.* Recensetur ab Aeliano de nat. anim. II., 11. Aristoxenus inter pulcherrime musica eruditos cum patre Spintharo (Suid. l. c. Villoison. anecd. I., 72. Mahne vita Aristox. p. 9 sq), Damone Atheniensi (Corn. Nep. Epam. II., 1. Plutarch. de mus. 16), Xenophilo Chalcidensi (Val. Max. VIII., 13 ext. 3. Plin. nat. hist. VII., 50. Lucian. Macrob. 18.), Aristoxeni praeceptore (Suid. l. c. Mahne p. 148. cf. Fabric. bibl. graec. I. p. 879. Harl.) et Philoxeno. Perizon. ad Ael. V. H. X., 9. At hujus viri tempore jam corruptione infecta erat ars musica, ut enim ipse ait Aristoxenus *ἐν τοῖς συμμικτοῖς συμποτικοῖς*: quemadmodum Posidoniatae

---

[5]) Sed *εὐστέφανον Κρότωνα* Dion. Perieg. 369. cave ne cum Eustathio ad l. c. ad Iliad. τ. p. 1175. 1. Rom. referas ad victorias Olympicas, cum potius muros spectet Heyn. opusc. II. p. 183., quo pariter referendum est *Πολυστέφανον* antiquum Praenestae et Tiburis nomen. Strabo tom. II. p. 176. Tzsch. Plin. III., 9. Stephan. Byz. *Τίβυρις* Boeckh. ad Pind. p. 248. adde Sophocl. Antig. 122. *Εὐστέφανος Μυκήνη* heroina est. Hom. Odyss. II., 120. [6]) Alium quendam Nicoclem videtur memorare scholiasta Platonis p. 381. extr. Bekk. Mahne de Aristoxeno p. 142. [7]) Juvat referre de Evangelo Tarentino, quod ex Luciano advers. indoct. 8 sq. constat. Evangelus citharoedum Pythia se victurum esse, blandientibus amicis, persuasum habebat; profectus igitur Delphos, insigni et luxurioso ornatu indutus, cum cithara mirabili arte confecta ingreditur scenam post Thespin Thebanum, admiratione spectatores implens. Sed idem quum pessime et canere et ludere incepisset, risui fuit omnibus, ita ut certaminis arbitri ob hominis audaciam irati e theatro eum ejicerent flagellis verberatum. Post eum ingressus Eumelus Eleus, simplici ornatu indutus, artis solertia victor Evangelum derisit. Narrationem respicere videtur auctor ad Heren-

aboletas consuetudines Graecas, sic nos, ex quo theatra barbarie corrupta sunt et ingens fuit discrimen publicae musicae (ἡ πάνδημος μουσική), privatim qui restamus pauci memoriam repetimus, olim ea qualis fuerit. Athen. XIV. p. 632. cf. Mazocchi ad tab. Heracl. p. 508. Equidem hunc locum, quamvis latius pateat, tamen ad ipsos Tarentinos maxime referendum existimo, quoniam praeclare conveniunt tempora, inde enim ab Archyta, qui haud diu ante Alexandrum Magnum vixit, in mollitiem mores Tarentinorum praecipitati sunt, ut recte pro eo, quod est inter populi indolem vivendique rationem et musicam artem vinculum, eadem aetate utramque corruptam esse possis contendere. Molliori facta arte musica, etiam apud Graecos in Sicilia interiit morum austeritas. Maxim. Tyr. I., 20. p. 393. R. II., 37. p. 204. R. cf. Cic. de legg. II., 15. Müller Dor. tom. II. p. 327.

Sed antequam ad reliquas artes transgrediamur, observandum, illustrem illum Archytam, litterarum lucem, civem Tarentinum ad reliquas laudes etiam musicae gloriam addidisse μάλιστα τῶν Πυθαγορείων ἐπιμεληθέντα μουσικῆς [8]). Ptolem. harmon. I., 13. Porphyr. p. 313. Ab hoc viro memorantur constituta modulationis genera non minus recte quam ab Aristoxeno Ptolem. l. c. II., 14. cf. Porphyr. in Ptolem. p. 267. Bernhardy Eratosth. p. 171., item generum et tetrachordorum divisio Ptolem. I., 13. Boeth. de music. V., 17., inventor etiam dictus est trium medietatum musicarum Jamblich. in Nicomach. p. 142. 159. 163. 168. Navarro de Archyta p. 58 sq. cf. Bulliald. ad Theon. p. 290 sq. Librum denique περὶ μουσικῆς scripserat. Ritter hist. philos. Pythag. p. 69., et de harmonia. Nicomach. instit. arithm. I. pag. 5. cf. Fabric. bibl. graec. tom. I. p. 833. Harl.

3) *Ars orchestice.*

Orchestice musicae arti ita conjuncta est, ut vix ab ea separari queat, serva utraque poeseos. Novimus omnino Doriensium saltandi amorem et studium, quo Tarentinos etiam affectos fuisse documento erit, quod hodie populus Tarentinus saltationis est studiosissimus, idque copiam fecisse fabulis de tarantula divulgatis alio loco exsecutus sum. cf. Boettiger de pict. vett. pag. 191 sq. Saltabatur haud dubie in deorum solemnibus, uti factum est Neapoli Lucian. de saltat. 32. ibiq. Palmer. tom. V. p. 462. Bip., ac profecto cantica ἐμβατήρια accepimus cantata esse a Tarentinis die festo Postumium legatum Romanorum deridentibus, ut enim ait Dio Cassius fragm. Ursin. CXLV., 3: ἀνάπαιστα ἐν ῥυθμῷ τοῦ τε κρότου καὶ τῆς βαδίσεως ᾀδόντων. Erant saltationes ejusmodi rhythmis accommodatae in deliciis Spartanorum, sonantibus tibiis ad pugnam proficiscentium Müller Dor. II. p. 334. cf. Mahne diatr. in Aristox. p. 153., sic proprie saltatio inhaerebat arti militari atque gymnasticae. Müller p. 338. Tarenti locus quidam memoratur τὸ αὐλητήριον v. Hesych. s. v., in quo tibicinum gentes nisi fallor artem suam exercebant, nec dubites, quin Tarentini peculiaria saltationis genera excoluerint ad Laconum exemplum. Aristoxen. apud Athenaeum in Mahnii diatr. p. 152. Adhibebantur in saltationibus vestimenta Tarantinidiorum nomine cognita Grysar de Doriens. comoed. I. p. 21., saltatricesque Tarentinas pellucidis vestibus indutas conspici observatum est in libro von der Recke Reisen durch Deutschland und Italien. tom. III. p. 335 sq. Habuere denique Tarentini scriptorem suum de saltationis genere tragico eundem Aristoxenum musicum, cujus περὶ τῆς τραγικῆς ὀρχήσεως libros laudant Harpocratio s. v. κορδακισμός et Etymologicum Magn. s. v. Σίκιννις. Videtur ex hoc opere multa petiisse Athenaeus. v. Mahne diatr. p. 130 sq. 151 sq.

4) *Architectura.*

Praeter artes excolendae juventuti inservientes alia est earum series, quae sicut illae temporis ita locorum spatio circumscribuntur ac formantur, quarum quasi parens architectura dicenda est. Perquam dolemus, urbis olim tam opulentae, tam magnificae, quale Tarentum fuit, fere omnia deleta esse vestigia praeter paucas templi Dorica ratione exstructi ruinas de Non tom. III. fol. pag. 76., ita ut de aedificiis atque aedificiorum ornamentis vix ulla satis certa ferri sententia possit. Quantam dixeris magni theatri, fori, gymnasiorum, sepulcrorum, quantam denique fuisse tot templorum elegantiam Hirt. hist.

---

nium IV., 47. [8]) Alius erat Archytas musicus Mytilenaeus. cf. Plehn. Lesbiac. p. 202., sed etiam Tarentinus μουσικός merito vocari potuit, vir doctrinae virtutumque compos, qui ipse una cum Aristoxeno grammaticen quoque musicae subjectam existimavit. Quintil. I., 10, 17. ibi Spalding. Vix unus Pythareorum musicae artis expers fuit, ideo Philolai quoque fragmenta insignem comprobant doctrinam mu-

archit. tom. II. p. **100** sq., quam, si de Paestanis ruinis cogitaveris, bene conjicere, sed nullo firmare testimonio licet. ibid. tom. I. p. **236** sq. Comprobat omnino architecturae in Magna Graecia florem templum ingens Junonis Laciniae, marmoreis tegulis tectum, quarum dimidiam partem satis fore ad tegendum Fortunae equestris templum ratus est Fulvius Flaccus censor a. u. c. **581**, qui faciebat eniso studio, ne hoc ullum Romae amplius aut magnificentius templum esset. Liv. XLII., **3. 28.** Valer. Max. I., **1, 20.** Lactant. instit. II., **7.** Conspiciuntur in nummis Tarentinis columnarum capitula Mionnet. tom. I. p. **140. 142. 143. 148.** Supplem. tom. I. p. **286.**, neque tamen omnia Doriensia, qualia vocamus, fuisse, interdum quidem reperta Riedesel p. **209**, indicio est capitulum Jonicum in nummo apud Mionnet. tom. I. p. **138.** Architectorum patria Tarentinorum praeter Archytam [9]) unum modo novimus eumque malae notae hominem Heraclidem, qui belli Punici secundi tempore urbem suam Romanis traditurus ad Philippum Macedoniae regem confugit. Cui quidem pollicitus, se solum Rhodiorum classem incensurum esse, quum dolo perfecisset, in Macedoniam reversus primum locum inter amicos Philippi tenuit. Polyaen. V., **17, 2.** [10]) Seriori aetate una cum aedificiis collapsa est aedificandi scientia, nemo enim inclitum illud Junonis Laciniae templum reficere atque instaurare potuit. Hirt. tom. II. p. **182.**

5) *Sculptura, statuaria, plastice.*

Sculptura et statuaria, quamvis artis operibus urbem suam cives magnopere exornaverint — probant enim signorum multitudinem auctorum loci Flor. I., **18.** Plut. Fab. **22.** Liv. XXVII., **16.** — tamen apud Tarentinos, paucis exceptis generibus fabrilium operum, veluti scaporum vide de civit. Tarent. p. **13.**, non admodum floruit atque viguit. Mirum enim, ne ullum quidem utriusque artis alumnum civem Tarentinum prodi a scriptoribus, cum Demeam sive Dameam habeamus Crotoniatam, qui popularis sui Milonis statuam aere fudit circa Olymp. LX. Pausan. VI., **14, 2.** Sillig. catalog. p. **179.**, eadem patria Patroclem, qui buxeum et capite auratum Apollinis fecit simulacrum a Locris Epizephyriis Olympiae dedicatum, incertae aetatis virum. Pausan. VI., **19, 3.** cf. Bossi hist. Ital. tom. II. p. **200.** tom. VI. p. **362.** Nobilitati artificibus suis prae aliis Italiae urbibus Rhegii silentio praeteream civem notissimum Pythagoram circa Olymp. LXXX. Sillig. p. **399.**, memorem illius praeceptorem Clearchum Pausan. VI., **4, 2.** diversum a Learcho Rhegino artifice antiquissimo Pausan. III., **17, 6.** et Sostratum discipulum Plin. XXXIV., **19, 5.** Neque ita rari fuerunt apud Lacedaemonios hujus generis artifices, Tarentini contra non modo constituenda Delphis atque Olympiae monumenta sua Graecis tradidere artificibus elaboranda, Ageladae Pausan. X., **10, 3.** VI., **14, 5.**, Onatae et Calyntho X., **13, 5.**, verum etiam urbis suae signa atque decora ab illis curarunt conficienda, Herculem et Jovem a Lysippo Plin. XXXIV., **18.** Strabo VI. p. **278.** Cas., Europam tauro insidentem a Pythagora. Tatian. adv. Graec. cap. **53.** p. **116.** Worth. Varro de ling. lat. IV. p. **13.** ed. Bip. Sillig. catalog. p. **402.** Apparet e scriptoribus statuas illas fuisse aereas, non marmoreas, simul ingentem signorum magnitudinem fuisse Tarentinorum in deliciis. Liv. XXVII., **16.** Romanae dominationis tempore Graecis in Italia inter civiles turbas magna statuarum pars ereptae sunt Winckelm. opp. tom. VI. p. **188.**, nec cecidit melior sors urbis nostrae civibus.

Operam paullo majorem impenderunt Tarentini plasticae artis operibus, imprimis vasis conficiendis [11]), etenim hodie inter viros doctos const , eorum vasculorum, quae vulgo Etrusca vocantur, maximam partem confectam esse in urbibus Magnae Graeciae [12]). Bonus auctor Joannes Juvenis IV., **1.** confirmat, circa Tarentum inveniri lutum figlinis vasis aptissimum, quo accedit, quod etiamnunc Tarentini agri accolae figlina opera conficiunt coloris rubrici antiquis vasis prorsus similia, nec reticendum est, illorum fragmenta permulta prope Tarentum reperiri [13]) not. ad Aquin. p. **87** sq. De Non tom. III. fol. p.

---

sicam v. Boeth. p. 1422 sq. ed. Basil. [9]) De mechanica scripsit Archytas, quae architecturae proxima ars est Diog. Laert. VIII., 82. ibiq. Menag. Vitruv. praef. lib. VII. [10]) Idem Heraclides inventor sambucae esse videtur, quam Romanam machinam appellat Moschus apud Athen. XIV. p. 634. b. cf. Schweighaeuser indic. Athenaei p. 430. Alius erat Heraclides medicus Tarentinus. [11]) De vasis antiquis fictilibus, quae vulgo Etrusca appellantur, accurate disquisivit Hausmannus in comment. societ. Gotting. recent. vol. V. class. phys. p. 117 sq. [12]) Sed Etruria etiam hanc artem novit. Plin. XXXV., 45. cf. Winckelm. opp. tom. III. p. 233 sq. Vasis nomen apud Tarentinos *ἀρβάλη* fuit. Hesych.: *τήγανον ὀστράκινον.* [13]) Descripsit vas Tarenti inventum A. L. Millin description d'un vase trouvé à Tarente. Pa-

74. Swinburn. I. p. 277. Salis p. 110 sq. Ad illam artem fortasse in nummis referenda est diota, qualem etiam Ceorum nummi exhibent Bröndsted. itin. tom. I p. 122. cf. tab. XXVII., in aliis nummis vas conspicitur, una tantum ansa addita. Mionnet tom. I. p. 148. Suppl. tom. I. p. 292. Dono data sunt ejusmodi vasa iis, qui in ludis sacris victoriam reportaverant Winckelm. opp. tom. III. p. 249 sq., ut vel propter rei gymnasticae apud Tarentinos laudem de vasis fabricatis possit colligi, nec minus propter Bacchi cultum. Grysar de Dor. comoed. I. p. 38 sq.

6) *Pictura.*

Quum de pictura veterum in universum paucissimis vestigiis judicandum sit, vix aliquid inter ea ad Tarentinos ut pertineat accidit. Ex Magna Graecia duumviros solum novi pictores, alterum Sillacem Rheginum, qui Phliunte picturam fecerat in Polemarchia porticu, commemoratum a Simonide et Epicharmo Athen. V. p. 210. b., alterum Zeuxin celeberrimum civem Heracleoten. Plin. XXXV., 36, 2. Aelian. V. H. IV., 12., quem, quod picturis ornavit templum Junonis Laciniae Cic. de invent. II, 10. Heracleae Tarentinorum coloniae vindicemus. Harduin. ad Plin. l. c. Sillig catalog. p. 459 sq. Tarentinum pictorem non habeo, quem dicam. Sed urbis constat aedificia picturis ornata fuisse, quum non solum signa sed etiam tabulas in triumpho de Tarentinis acto recenseat Florus I., 18., item picturae memorentur post devictum a Fabio Tarentum Plutarch. Fab. 22., prope ut Syracusarum ornamenta aequaverint. Liv. XXVII., 16. Nisi alii, erant certe Tarenti artifices, qui vasis pingendis curam impenderent.

7) *Poesis.*

Antequam ad litteras perveniamus, poesin, quae arctiore vinculo quam ceterae artes cum litteris conjungitur, quippe usa ipsa lingua tanquam organo, et artes recitandis carminibus inventas, quales apud Tarentinos exstiterint considerabimus.

a) Poesis epica et lyrica.

Poetam epicum Tarentinum, qui ipse carmina composuerit quum hominum memoria non noverit, nihil praeter hominis Tarentini Alexidis nomen servatum est, qui in nuptiis Alexandri rhapsodus [14]) carmina (epica, lyrica, jambica Wolf proleg. ad Hom. p. 97 sq.) recitabat. Athen. XII. p. 538. e. Pari modo neque inclaruit poeta Tarentinus lyricus, sive elegus, sive dithyrambicus, sive alio hujus artis genere illustris, sed tantum Strato quidam memoratus est dithyramborum gesticulator, τοὺς διθυράμβους μιμούμενος. Athen. I. p. 19. f. Mahne diatrib. p. 152. Elucet igitur populi Tarentini ad rem scenicam egregia indoles, quam comprobare possit Cleanthes Tarentinus inter convivandum versibus omnia elocutus, subitus versificator Athen. I. p. 4. d. E lyricorum carminum recitatione τὸ δρᾶμα ortum est Müller Dor. tom. I. p. 404., quod ab initio fuisse lyricum docuit Boeckhius oecon. Athen. tom. II. p. 362 sq.

Verum priusquam de scenica poesi verba faciamus, de Leonida Tarentino epigrammatum scriptore dicendum est, quem in lyricorum [15]) poetarum numerum aliquo jure referre nobis videmur. Ex... Leonidarum duorum epigrammata [16]) tam Tarentini quam

ris 1814. 8. avec une gravure, libellum inspicere non licuit. Servantur vasa plurima in museo archiepiscopi Tarentini Hausmann l. c. p. 120., e quibus unum perantiquum illustratum est a viro docto Italo A. Scotti: illustrazione di un vaso italo-greco del museo di Monsignor Arcivescovo di Taranto. Napoli 1811. 4., de quo libro retulit Millin Magazin encyclopédique tom. II. p. 201 sq. [14]) Reminiscere vano studio correptum Dionysium Siciliae tyrannum rhapsodos egregio ornatu indutos misisse, qui sua ipsius carmina recitarent Olympiae. Ὑποκριτὰς vocat Diodorus XIV., 109., arte enim rhapsodica actioni Graecorum omni et scenicae et oratoriae via munita est. Wolf. proleg. p. 96 sq. [15]) Per tempus aliquod, ne hoc loco praeteream, Tarenti commoratus est Philoxenus dithyramborum scriptor Cytherius, quem alii ferebant Heracleae Ponticae natum. Suid. Φιλοξένου γραμμάτιον. proverb. Vatican. IV., 37. Eundem Crotone, non Tarenti degisse perhibet Apostolius XIX., 26. Conjectus hic artifex est a Dionysio tyranno in lautumias intpp. ad Lucian. adv. indoct. 15., ibique Cyclopem suam traditur scripsisse. intpp. ad Aelian. V. H. XII., 44. Propter ipsam historiam de poetae aetate judicare licet, qui Olymp. LXXXV — C. vixit. Marmor. Par. 82. Plura de eo sciscitantibus satisfaciet Fabricius biblioth. graec. vol. II. p. 134. 315. ed. Harless. et Burette ad Plutarch. de music. in act. acad. inscript. vol. XIII. p. 200 sq. Plures Philoxenos ne inter se confundas. Perizon ad Ael. V. H. X., 9. [16]) Edita ab A. C. Meineke: utriusque Leonidae carmina Lips. 1791. 8. Eadem leguntur in analectis Brunckii tom. I. p. 220 sq. tom.

Alexandrini; uterque diversus est et a Leonida Byzantio Metrodori filio, *ἁλιευτικῶν* scriptore Athen. I. p. 13. c. Aelian. de nat. anim. II., 6. 50. III., 18. XII., 42. et a stoico Rhodio cognomine Strabo XIV. p. 655. Cas. Tarentinus Leonidas quo tempore natus sit, cum accurate quidem definiri nequeat, ipsius tamen epigramma XXI. (cf. XXII.), quo celebravit Pyrrhi victoriam ab Antigono Gonnata Macedoniae rege reportatam Justin. XXV., 3. et Gallorum scuta in templo Minervae Ithoniae suspensa, coarguit eum circa Olymp. CXXVI. floruisse [17]) Plin. nat. hist. XI., 71., si quidem non lusus causa Leonidas hoc carmen condidit. cf. Pausan. I., 13, 2. Maj. ad Diodori excerpt. Vatic. p. 52. Dind. Pauper fuit poeta, quo facit praeter epigramma XIII. id, quod est tricesimum apud Leonidam Alexandrinum, male inter ejus carmina relatum, cum Tarentini sit. Aut bellum Tarentinum aut alia quaedam fortuna adversa a patrio solo virum abduxit, ut ipse queritur in sepulchrali carmine (epigr. C.), quod olim sibi scripserat:

Πολλὸν ἀπ' Ἰταλίης κεῖμαι χθονὸς, ἔκ τε Τάραντος
πάτρης· τοῦτο δ' ἐμοὶ πικρότερον θανατοῦ,
τοιοῖτος πλανίων ἄβιος βίος· ἀλλά με Μοῦσαι
ἔστερξαν, λυγρῶν δ' ἄντι μελιχρὸν ἔχω.
οὔνομα δ' οὐκ ἤμυσε Λεωνίδου· αὐτά με δῶρα
κηρύσσει Μουσέων πάντας ἐπ' ἠελίους.

Ad eandem carminis sententiam referri potest epigramma LV., quo suadet: si cui modo tantum suppetat domi, quantum ad vitam satis est, hac sorte is vivat contentus, erraticam vitam ne vivere optet.

Haec de vita poetae, de scriptis et ingenio optime judicavit beatus Ilgenius [18]), cujus in brevius contrahere liceat verba. Nempe vixit Leonidas seriori ac deteriori aevo, quo omnis paene nativus et incorruptus pulchri verique sensus evanuerat. Jam non victorias ornare solebant inscriptionibus, sed leves res et futiles; verum etiamsi materia per se non indigna erat Musis, tamen vere et sine fuco res exprimendae erant eo, quo decet modo. Cujusmodi rebus levibus ac tritis quum et Leonidae musa se exercuerit, mirum non est, cultissimum et vividissimum ingenium [19]), quo viguisse poëtam praeclara aliquot carmina docent, interdum luxuriasse viresque suas alieno loco intendisse. Hinc ista epithetorum congeries et moles, quae taedium lectori creare possit, aut monstruosa vocabulorum compositio. Sunt tamen praeter frigida carmina etiam multa, in quibus antiquas Simonidis Veneres spirare dixeris, ita ut alii poetae ea imitari non dubitaverint, velut Propertius v. Salmas. ad Solin. p. 1088. b. Meineke ad epigr. 17. Ilgen opusc. p. 10. Interdum desinit in acumen, quod facultatem poeticam prodit non mediocrem. Eadem fere sententia de Leonida Alexandrino ferri potest.

b) Poesis scenica.

Tarentinos artibus scenicis studiose favisse, testis est Cicero pro Arch. cap. 5., itaque vel in nummis conspicere est personam scenicam. Mionnet. tom. I. Supplem. p. 287. Excitabant enim rei scenicae studium, ut apud Lacedaemonios, Bacchi solemnia Müller Dor. tom. I. p. 404 sq. Grysar de comoed. Dor. p. 22 sq. [20]), ea dum celebrantur, ludos cives Tarentini spectabant Flor. I., 18. Dio Cass. fragm. Ursin. 145., quorum ut caperet frequentiam magnum esse oportuit Tarentinum theatrum alioquin populi concionibus destinatum. Accessit quaedam Doricae gentis propria poeseos comicae aemulatio, quae Tarentinis quo-

---

II. p. 190 sq. De Leonidae Tarentini vita vide Reiskium in notitia poetarum anthologiae, subjuncta ejusdem Anthologiae graecae a Constantino Cephala conditae pag. 49 sq. ed. Oxon. Meineke prolus. p. XI sq. Plures indicavit Fabricius bibl. graec. tom. IV. p. 479. Harl. Idem Reiskius l. c. p. 85 sq. disputavit de Stratone anthologiae poeta, sane diverso a mimo nostro cognomine. [17]) Alexandrinus Leonidas Neronis aetate vixit aut serius. Meineke prolus. p. XXII. cf. Hering. observv. critic. p. 186 sq. Reiske in antholog. Cephal. p. 50 sq. [18]) In Poeseos Leonidae Tarentini specimine Lips. 1785., quo agit de ejus in Venerem Anadyomenen epigrammate, quam carminibus celebraverant Antipater Sidonius, Archias, Democritus et Julianus. Heyne commentt. societ. Gotting. vol. X. p. 107. Repetita est Ilgenii expositio in ejusdem viri opusc. philol. tom. I. p. 1—44. [19]) *ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλεροὺς κισσοῖο κορύμβους.* Sic Meleager I., 15., ubi quos carminum coronae suae inseruerit poetas exponit. [20]) Eodem libro recte idem auctor conjicit, simul cum pompis Bacchicis fabulas edi solitas esse, quarum naturam

que hoc scenicae artis genus maxime probavit. Nec tamen defuere tragoedi Tarentini, occurrit enim in inscriptione Orchomenia (edita ab A. Boeckhio in libro de oecon. Athen. tom. II. p. 359.) Asclepiodorus Pytheae filius tragoedus Tarentinus, qui vicit in Gratiarum ludis. Hanc inscriptionem Boeotica dialecto conscriptam si forte dixero ante Olymp. C. esse confectam, non valde repugnaturum existimo illustrem ejus editorem. cf. pag. 361. Illo igitur tempore adeo floruere tragica poesi Tarentini, ut essent, qui Orchomenum proficiscerentur ad certamina musica ineunda. cf. Müller Orchomen. p. 177 sq. Liquet autem ab illo Asclepiodoro cantu recitatam esse fabulam, quoniam nullum additum legimus *ὑποκριτήν*, qualem invenimus Tarentinum in alia inscriptione Orchomenia (Olymp. CXLV. Boeckh. l. c.) Theodorum Theodori filium. Boeckh. p. 358. Videmus igitur etiam hoc loco probari, quae supra diximus, lyricam exstitisse et tragoediam et comoediam, quod poeseos genus, nisi fallor, lyrici dramatis inventor et artifex Arion (Plehn. Lesbiac. p. 169.), quo tempore Tarenti commoratus est, civibus proposuit, eique acceptum retulerunt illi. cf. Müller Dor. tom. II. p. 368 sq.

In comoedia praecellebat Hegesippus Tarentinus, quem ei solent hujus artis generi vindicare, quod medium vocatur. Fabric. bibl. graec. tom. II. p. 448. Harl. Non idem est qui laudatur ab Athenaeo XII. p. 516. c. inter rei coquinariae scriptores cum Archyta [21]), cujusque *σύγγραμμα πλακουντοποιικόν* memoravit idem auctor XIV. p. 643. c. f., diserte enim Athenaeus XII. p. 516. d. Tarentinum Hegesippum distinguit a cognomine scriptore, de cujus patria non constat, agi autem ab auctore de scenico poëta arguit locus Alexidis statim subsequens. Contra Tarentinus fortasse est Hegesippus ille, cujus carmina exstant aliquot in anthologia; de patria, aetate, rebus viri nihil expiscari potuit olim Reiskius in not. poet. ad Antholog. Cephal. p. 35., recenset eum in coronae suae poetis v. 25. Meleager, ubi ejus carminibus *μαινάδα βότρυν*, id est suavitatem simul et ignem seu calidos affectus tribuit. Noster Hegesippus est, cui Crobyli cognomen a capillis retortis obtigit Suid. et Phot. s. v. *Ἡγήσιππος*, atque hujus scriptoris esse putatur oratio septima Philippica Demosthenis nomine inscripta. Suid. Phot. Harpocr. *Ἡγήσιππος*. Ex fabulis Hegesippi laudantur *φιλέταιροι* (sive *φιλέταιρος* Suid. l. c.) sodalium studiosi Athen. VII. p. 279. d., *ἀδελφοί* [22]) Athen. IX. p. 405. d., item ad Hegesippum referendae sunt fabulae solo Crobyli nomine ab Athenaeo laudatae, qui praetermisso fabulae titulo citat *Κρώβυλον τὸν κωμικὸν* I. p. 5. f. cf. II. p. 54. e., etiam memoratum a Sotade comico IX. p. 368. a. cf. Suid. *ὀψοφαγία*. Harpocr. *ὅτι χιλίας*. Crobyli drama laudatur *ἀπαγχόμενος* strangulatus, suspendiosus III. p. 109. d. VI. p. 248. b., atque inde petitum esse locum II. p. 47. e. facile intelligitur. Alia est fabula *ἀπολιποῦσα* desertrix (cf. animadv. ad Athen. III. p. 125. a. X. p. 429. d.) VI. p. 258. c. sive *ἀπολείπουσα* X. p. 429. d. 443. f. et *ψευδυποβολιμαῖος* falso suppositus III. p. 107. e. VIII. p. 364. f. IX. p. 384. c. cf. Schweigh. ind. auctt. p. 84 sq. Epicurum aliorum poetarum exemplum secutus in fabula paullum traduxisse poeta videtur. cf. Jons. de scriptt. hist. philos. I., 6, 5. Sed haec hactenus. Hegesippi, ut facile dijudicatur, plures inter se confusi sunt, agit de iis Vossius de hist. graec. p. 372.; mihi nunquam persuadeam, oratorem illum Atheniensem, libertatis amantissimum Ruhnk. hist. crit. ante Rutil. Lup. p. LXXVIII sq., cui Libanius orationem de Haloneso tribuit Oratt. Attic. tom. IV. p. 69. Bekk. Jacobs Demosth. Staatsred. p. 381 sq., eundem esse cum scenico poeta Tarentino, etsi voluerit Suidas, nec potuit ille traducere Epicurum serius ipso viventem. Peccarunt potius scriptores in tribuendo Crobyli cognomine, quod si poetae Tarentini fuit, uti suadent fabulae Crobyli nomine insignitae, erratici ad oratorem Atheniensem trahebant, si vero oratoris Atheniensis, omnino ad hunc, neque ad Tarentinum hominem pertinent laudati grammaticorum loci, et Crobylus poeta ab Hegesippo poeta distinguendus erit. Quid verum sit, doctiores disceptaverint.

---

ex artium monumentis perspicias. v. pag. 40 sq. [21]) Is lurco nominari videtur ab Athenaeo I. p. 5. f., commemoratus etiam a Suida s. v. *Τιμαχίδας*., longe diversus, opinor, a Pythagoreo Tarentino. Schweighaeus. index auct. ad Athen. p. 48. Contra Fabricius bibl. graec. tom. I. p. 835. Harl. *ὀψαρτυτικῶν* auctorem Pythagoreum Tarentinum esse censet, quod teste Jamblicho Pythagorei primi de cibis recte praeparandis commentarios ediderint. [22]) Idem fabulae nomen restituendum est apud Athenaeum VII. p 290. b., ubi perperam vulgo legebatur *Ἡγήσανδρος ἐν Δελφοῖς*. cf. Schweigh. ind. auctt. p. 118.

Memoratur praeter Hegesippum ab Athenaeo IX. p. 402. b. Sciras quidam vel Sclerias [23]) Tarentinus. Fabulam is conscripserat Meleagrum, Italicae comoediae poetam vocat Athenaeus, ac possit ipsa fabulae inscriptio nobis persuadere, ut ejus generis comoediam intelligamus, cujus Epicharmus composuisse fertur, Deorum et heroum comicus irrisor. Aristot. poet. cap. 5. Müller Dor. tom. II. p. 354 sq. Nihil de Scirae sive Scleriae aetate atque ingenio aliunde constat; sed vide infra.

Rhintho.

Poetarum scenicorum patria Tarentinorum facile omnium princeps Rhintho est, Rhinthonicae fabulae auctor Evanth. de trag. apud Osann. analect. pag. 70., de quo post multos, qui ante nos docuerunt, quam fieri potest brevissime exponemus. Tarentinum hunc vocant Eustathius ad Dion. Perieg. 376. Steph. Byz. *Τάρας* Suid. *Ῥίνθων* [24]), cum Syracusanus vocetur in epigrammate Nossidis, quod ista in Rhinthonis sepulcrum scripsit, conservato in anthologia. Analect. tom. I. p. 196. Est sane huic testimonio aliquid tribuendum, dummodo Nossis re vera circa Olymp. CXIV. vixerit. Bentley ad Phalarid. pag. 350. ed. Lips. cf. Reiske notit. poet. in antholog. Cephal. p. 73 sq. ed. Oxon. Fabric. bibl. tom. II. p. 133. Harl.; idcirco non abnuerim, Rhinthonem Syracusis natum, ex Sicilia oriundum, unde cavillatio mimica in scena stetit Solin. V., 13 [25]), Tarentum abiisse, ubi per vitam suam fabulas et composuerit et docuerit, ita ut Tarentini potius nomen quam Syracusani ei vindicandum esse auctores existimaverint. Pessimum est in hac repugnantia Pergeri remedium, qui ad Hesych. *βρυλλοχισταί* tres Rhinthones distinguit Syracusanum, Tarentinum et philosophum, sed tertius ille nititur corrupta Hesychii scriptura s. v. *ἄσεκτος*: *Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ φιλοσόφῳ*, non enim dubito, quin cum Toupio restituendum sit *φλυακογράφῳ*, adversante Osanno analect. pag. 74. Potuit etiam Rhintho noster librum concinnare *περὶ τῆς Ἀττικῆς συνηθείας*, notum ex glossis Scaligeranis ad Hippocrat. jusjurand. (ubi *Ῥίνθος* mutandus in *Ῥίνθων*), nec propterea alius effingendus erit Rhintho. De vita poetae nihil constat praeter id, quod Suidas l. c. retulit, eum figuli filium fuisse atque vixisse aetate Ptolemaei primi Aegyptiorum regis, qui Olymp. CXIV. regnum nactus est, Nossidi fere aequalem; populi imperio florebat hoc tempore Tarentum paullo ante bellum internecivum cum Romanis gestum. Appellabatur Rhintho *φλύαξ* vel *φλύαρος* Stephan. Byz. et Eustath. l. c., quippe *ἀρχηγὸς φλυακογραφίας* Suid. l. c. ibi Kuster, *φλύαξ* igitur idem est qui *φλυακογράφος* Athen. III. p. 86. a. vel *φλοιακογράφος* Casaub. ad Athen. l. c., vel *φλυζογράφος* schol. Nicandri Alexiph. 214. [26]). Sed quaeritur, *φλύακες* quales fuerint. Notat vox tam nugarum scriptorem quam fabulam nugatoriam, quemadmodum testatur Nossidis epigramma, ducitur a verbo *φλύω* vel *φλέω*, quod Latine est fluere, abundare, ac cum variis usurpatum sit significationibus (vide Schneideri lexic. s. v. *φλέω*) per translationem de iis dicitur, qui orationibus abundant i. e. qui garriunt; sed quoniam garruli parum utilia atque inania proferre solent, abiit garriendi notio in nugandi significationem. Nugae, si serio dictis opposueris, de iis etiam rebus intelliguntur, quae in ridiculum seria convertunt. (*φλύαξ*: *γελοιαστής*. Hesych. ibiq. intpp. cf. not. ad Suid. *Ῥίνθων*). Ex qua notionum affinitate facile perspicitur, quo jure *τὸν φλύακα Ῥίνθωνα*

---

[23]) Scleriae nomen restituit editor Athenaei novissimus Dindorfius p. 884. editionis suae cf. Valckenaer ad Theocr. Adon. p. 294., repugnante Reuvensio collect. p. 77 sq. Laudatur Sclerias in sentent. Anton. Meliss. et Maxim. p. 218. (Aurel. Allobr. 1609.) cf. Colomes. ad. Gyrald. de poet. tom. II. p. 294. ed. vet., Fabricius bibl. graec. tom. II. p. 491. Harl. censebat, apud Phot. p. 115. a. lin. 16. Bekk. male scribi *Σκλήριος* pro *Σκληρίας*, contra Casaubonus ad Athen. III. p. 77. d. putabat, nomen Scleriae apud Stobaeum, a quo ter laudatur florileg. II., 9. XVIII., 2. CIII., 9., comoediae esse titulum. Notandum denique, quae Stobaeus sub Scleriae nomine habet serm. CIII., 9, ea Simonidi tribui a Clemente Alexandrino strom. IV. p. 573 sq. Pott. et Epicharmo a scholiasta Platonis p. 340. Bekk. [24]) Adde Hesych. *σάννορος*, ubi scriptura *παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντῖνοι* mutanda in *παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ*. Idem vitium latet apud Hesych. s. v. *γαλεοί*. [25]) Rectius sane hoc dicit Solinus Sophronem respiciens, quam quod antea, repetitum ab Isidoro orig. XIV., 6, 33., in Sicilia primum inventam esse comoediam, nimirum ab Epicharmo. Theocrit epigr. 17. cf. almas. ad Solin. l. c. pag. 76. column. 2. (p. 108 sq. edit. primae). [26]) Haec sunt scholiastae verba: *οἱ Ἰταλιῶται τοὺς φλυαρογραφοῦντας φλυζογράφους ἐκάλουν*. Quinam sint isti Italiotae, docet Hemsterhusius ad Hesych. *ἱαροχρείαν*. cf. Schneider ad Nicandr. l. c. p. 144.

Stephanus Byz. l. c. explicare potuerit τὸν τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζοντα ἐς τὸ γελοῖον (cf. Casaub. in Sueton. Tiber. 58), quippe qui luserat, in quibus lusus non erat, φλυαρῶν ἄντικρυς. Eustathius ad Dion. Perieg. l. c. ait, φλύακος nomen ὑποκοριστικῶς intelligendum esse, ut nihil mali ominis voci subsit, nam idem Rhintho, qui φλύαξ dicitur a Suida, comicus vocatur ab eodem. Stephani explicatio eo egregie firmatur, quod φλύακες τραγικοί in Nossidis epigrammate Rhinthoni tribuuntur, quo item spectat hilarotragoediae sic dictae nomen phlyacographiae synonymum apud Suidam l. c.[27]), nihil enim aliud illi φλύακες sive hilarotragodiae fuisse videntur, quam tragoediae in ridiculum conversae, nos dicimus Travestie. cf. Cuperi obss. p. 76 sq. Patet simul, cur hilarotragoedia admodum sera exstiterit Müller. Dor. tom. II. p. 364., oportebat enim et tragoediam et comoediam omnino excultam esse et absolutam, quod factum est Euripidis et Aristophanis aetate Olymp. LXXX. — XC., antequam novum dramatum genus ad artis legem constitutum, tragica argumenta comoediae instar tractans, in scenam prodiret. Paullo igitur ante Rhinthonem initia sua hilarotragoedia habuit; sunt autem variorum hujus artis generum [28]) nomina tam promiscue usurpata ab auctoribus, ut vix quidquam certi eruere possis. Dicit Athenaeus XIV. p. 621. f. [29]), φλύακας apud Italos esse δικηλιστάς Laconum i. e. mimorum genus, hominum rusticorum, non actorum. Müller Dor. tom. II. p. 343 sq. Ejusmodi mimos, cum non ad artis principia exculti essent et compositi, Sicyoniorum φαλλοφόροις (Müller l. c. p. 347 sq.) comparat et vocat αὐτοκαβδάλους Athenaeus l. c. f. Grysar de Dor. comoed. p. 29 sq.; in ea re igitur differunt ab hilarotragoedia, neque haec mimis comparanda est, quales scripsere Sophron et Romanorum plures, nam apud Laurentium Lydum de magistr. I. §. 40. inter septem comoediae genera Ῥινθωνικὴ fabula sejungitur a μιμικῇ, item ab Atellana. Reuvens collectan. p. 35 sq. Non tamen negaverim, fuisse quoddam in hac comoedia elementum mimicum [30]), nescio an in ipsa saltatione, cujus ordinandae et instituendae peritissimum fuisse Rhinthonem doceat Hesychii locus s. v. βρυδαλίχα, quamvis admodum ille corruptus. v. intpp. [31]). Abiit indoles mimica ex ipsa patria ad colonos Tarentinos, augebatur deinde et incitabatur Dionysii sollemnibus, quibus neque hilarotragoedia originem suam non debuit Müller Dor. p. 348. — Aliud est, quod Suidas tradit s. v. Σωτάδης: ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους (cf. Suid. φλύακες), minime mihi acceptum nec probatum, cinaedologi enim conviciorum pleni Athen. XIV. p. 620. e. sq. diversi erant a φλυάκων genere, ac modo latiori hujus vocis significatione nomen vindicare sibi poterant, videlicet quia nugatores solent κιναιδολογεῖν cf. Salmas. ad Solin. pag. 76. [32]), nec recensetur Sotades cum Rhinthone apud Laurent. Lyd. §. 41., quem locum sic emendandum puto: Ῥίνθωνα καὶ Σκίραν καὶ Βλαῖσον καὶ τοὺς ἄλλους τῶν φλυακογράφων ἴσμεν οὐ μικρῶν διδαγμάτων ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητὰς καὶ διαφερόντως τὸν Ῥίνθωνα [33]). Jam quum exposi-

[27]) Itidem phlyacographiae synonymum est παρῳδία. Eichstaedt de dramate comico-satyrico. pag. 51. Sopater, phlyacographus dictus ab Athenaeo, παρῳδός vocatur ab eodem. Athen. III. p. 86. a. IV. p. 158. d. 175. c. Grysar de Doriens. comoed. p. 56. [28]) Duo distinguit φλυάκων genera Grysar de Dor. comoed. p. 53., quae aut fabulas e mythologia aut res ex hominum vita petitas ad risum captandum proposuerint. Ad secundum genus trahit p. 55 sq. reliquos praeter Rhinthonem. [29]) Sosibius apud Athen. l. c. e.: δικηλισταί, ὡς ἄν τις σκευοποιοὺς εἴπῃ καὶ μιμητάς. Salmas. ad Solin. p. 76. b. E. Grysar pag. 18 sq. [30]) Mimorum poetae inde dicuntur φλυακογράφοι aut φλοίακες. Eustath. ad Iliad. pag. 836. 27. [31]) Quod de Rhinthone habet Hesychius l. c.: γυναικεῖα ἱμάτια ἐνδέδυται, idem de magodis tradit Athenaeus p. 621. c. Villoison anecd. tom. I. p. 351. [32]) Male Petitus miscell. VII., 14. hilarotragoedos commiscet cum parodis, nec melius idem cinaedos ut plurimum hilarotragoediae argumentum fuisse censet. [33]) Sciras is est, cujus supra ex Athenaeo mentionem fecimus. Nomen pro Ἀοκήραν probabiliter restituit Reuvens collectan. pag. 77 sq., assentiente Langio vindic. trag. Rom. pag. 51. Collato Athenaei loco jam vides fabulam Rhinthonicam pertinuisse ad genus Italicae comoediae; possis item conjicere ob nominum seriem, Sciram post Rhinthonem vixisse, hunc ipsum imitatum. Blaesus ille restitutus tam a Reuvensio pag. 79. quam ab Osanno analect. p. 74. pro Βλέσον, Capreae natus scripsit σπουδογέλοια Stephan. Byz. Καπρίῃ ibiq. Berkel., quod nomen significat fere idem quod ἱλαροτραγῳδία, ita tamen ut significetur finis serius. Müller Dor. tom. II. p. 366. Laudantur Blaesi fabulae apud Athen. III. p. 111. c., ubi conjungitur cum Rhinthone, Μεσοτρίβας, atque XI. p. 487. c. Σατοῦρνος. Denique non dubitavi, apud Lydum cum Reuvensio pag. 71. 79 sq. ponere pro Πυθαγορείων: φλυακογράφων, quamvis repugnent Langius et Osannus ll. cc., qui veterem scripturam servans pro Ἀοκήραν emendavit Ἀρήσαν inter Pythagoreos recensitum. Διδάγματα de fabulis, καθηγητήν auctorem intelligo cum Reuvensio p. 72 sq.

tum sit, differre hilarotragoediam a mimis et cinaedis, addamus etiam hoc, non plane easdem videri hilarotragoediam et **hilarodiam.** Ἱλαρῳδίαν, lascivum et delicatum carmen Festus: hilarodos, carmen potius fuisse quam fabulam, idque saltatione et actione mimica exornatum, ab hilaredis solis decantatum esse, jam olim suspicatus est Cuperus observ. pag. 75. cf. Reuvens p. 39 sq., nec prorsus repugnat Athenaei locus XIV. p. 621., ex quo perspicitur hilarodiam imitationem fuisse mimicam rei tragicae, magodiam comicae Villoison anecd. tom. I. p. 352. Mahne diatrib. p. 164., ita tamen, ut non multum ambae inter se differrent Athen. l. c. p. 620. d. e., accedentes ad mimorum argumenta. Salmas. ad Solin. pag. 77. a. (repugnante Eichstadio de dram. comic. satyr. p. 43 sq.). Hilarodi etiam Simodi, magodi Lysiodi appellabantur, quos tamen rursus inter se distinguit Aristoxenus apud Athen. l. c. Haec utut sunt, contra sententiam Salmasii ad Solin. p. 77. a. aliorumque prorsus abstineo a similitudine hilarodiae et hilarotragoediae iisque totus faveo, qui probe distinguendum esse censent v. Reuvens pag. 39 sq. Profecto nihil nisi nomina ad rerum similitudinem quemquam adducat, argumentum sane quam irritum, dummodo reputaveris, hilarotragoediae nomen unius Suidae auctoritate firmari, qui illo usus τὴν φλυακογραφίαν explicaturus erat, deinde tempore etiam hilarodia differt ab hilarotragoedia, cum illam jam noverit Aristoxenus apud Athen. XIV. p. 621. e. cf. Osann. pag. 71.

Rhinthonis φλύακες vera erant δράματα Müller. Dor. II. p. 365., ut quidem placuit Eichstadio acuto harum rerum judici in libro laudato p. 43 sq., cui Rhinthonis hilarotragoedia quaedam satyrici dramatis origine Attici imitatio fuisse non sine magna probabilitate visa est. cf. Salmas. p. 776. Ferebantur apud veteres Rhinthonis fabulae triginta octo Stephan. Byz. Τάρας, recteque vocat has fabulas tragicas et comicas Suidas s. v. Ῥίνθων, quod tragicum argumentum comicorum ratione tractatum erat. Eichstaedt pag. 51 sq. Grysar p. 54., male Cuperus p. 74. Confirmant nostram de Rhinthonis fabulis latam sententiam earum, quae tulerunt aetatem nostram, inscriptiones ad fabulas poetarum tragicorum spectantes cf. Fabric. bibl. graec. tom. II. p. 320. Harl. **Amphitruonem** laudat Athenaeus III. p. 111. C., quam fabulam nescio an Plautus Rhinthone paullo minor ante oculos habuerit scripturus, quod ipse dicit in prologo v. 59, tragicocomoediam [34]); non aliud praeter hoc simile argumentum tractavit poeta Latinus. **Herculem** Rhinthonis laudavit idem Athenaeus XI. p. 500 f., cui fabulae deberi quaedam per jocum de Hercule tradita (Müller Dor. tom. I. p. 456 sq. Grysar p. 49 sq.), mihi persuadeo. Scripsit deinde Rhintho **Iphigenias** duas Tauricam et Aulidensem Pollux VII, 61. 90, **Medeam** Hesych. κομάκτωρ, **Orestem** Hephaest. p. 9. Gaisf., **Telephum** Pollux X, 35 [35]). Eadem argumenta, quod verbo moneo, tractaverat Euripides (de Telepho vide Athen. V. p. 186. c. Aristoph. Acharn. 446), ut dubium esse non possit, quin illas Euripidis fabulas Rhintho cavillatus sit Müller Dor. II. p. 364, quae quantum lusibus ac joco materiam subministraverint, Aristophanes innumeris locis documento est. cf. Rötscher de Aristophane p. 221 sq. Occurrit denique Rhinthonis fabula **Meleager** servus apud Herodianum grammaticum, argumentum sane in comicorum deliciis, ut Scirae fabula comprobat. Aliud fabulae Rhinthonicae nomen apud Hesychium latere videtur. s. v. κάρκαρα. vide ibi intpp. Atque haec quidem de singulis poetae dramatis.

De **metro** quaeritur, quo Rhintho in fabulis suis usus sit. Magnam in hac disquisitione movet difficultatem Laurentius Lydus 41., qui ait: Ῥίνθων ἑξαμέτροις ἔγραψε πρῶτος κωμῳδίαν, admodum mire. De metris jambicis vel trochaicis hoc loco cogitandum non esse, facile apparet ex iis, quae statim sequuntur, verbis: ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ῥωμαῖος ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε κ. τ. λ., nec dubium est, quin Lydus de hexametris dactylicis loquatur. Reuvens pag. 80. Huic quidem sententiae tantum veritatis tribuit Osannus p. 75., ut vel in antecedentibus scriberet Ῥινθωνικὴ ἡ ἑξαμετρικὴ, quum vulgo legeretur ἐξωτική, sed ista emendatione etsi nullam certiorem

---

Verba οὐ μικρῶν cur conjecturis tentata sint ab omnibus, non video. De toto Lydi loco adde Mülleri sententiam Dor. tom. II. p. 365. [34]) Cf. Luctat. ad Statii Theb. IV., 147. Eichstaedt. p. 45. Cuperi observ. p. 69 sq. Grysar. pag. 55. Tragicocomoediam i. e. hilarotragoediam non omnino incognitam fuisse Romanis, dicas propter similitudinem Atellanarum fabularum. Casaub. de poes. satir. p. 184. Rambach. — Attii Amphitryo tragoedia erat, multi poetae scenici hanc materiam sibi tractandam sumserunt, et tragici et comici. v. Reuvens. collect. pag. 6 sq. [35]) Hanc fabulam non viderat Pollux, ut ipse ait. Mül-

existimat, recte tamen a Langio vindic. trag. Rom. p. 51., assentiente Müllero Dor. tom. II. p. 365. observatum est, commode extraneum dici posse illud comicae poeseos genus, quia in Graecis theatris exhiberi solitum est, Romae publice non edebatur. Ego qui fieri potuerit, ut hexametris heroicis comoedias suas Rhintho scriberet, non video, nisi dicas, eas non dramatum sed carminum instar fuisse, neque cantata, neque saltata, nedum acta, ut voluit Cuperus p. 75 sq., accedente Rambachio ad Casaub. de poes. satir. p. 92. *Κωμωδίαι* quidem, opinor, erant hilarotragoediae Reuvens p. 85 sq., sed non dramata omnibus numeris absoluta; nec puto quemquam ex Acronis verbis ad Horat. sat. I., 10, 64. «Graeci non scripserunt satiram integram, hoc est heroico carmine, sed miscuerunt eam comoediis» eam sententiam velle extricare, ut dicat, hexametros immistos fuisse comoediis. Id quidem ut efficeret contra Reuvensium pag. 81 sq., enixe contendit Osannus pag. 72 sq., parodorum usus exemplis, sed mihi nunquam persuadebit, quid enim epici parodi, etiamsi pro carmine aliquando in theatris recitati sunt, ad nostram rem pertinent? Correxit Sopatri [36]) *φλυακογράφου* fragmentum apud Athen. XIV. p. 656. f. in eum modum Osannus, ut hexametrum conficeret, sed nihil aliud concedi potest, quam uno alterove loco in his fabulis positum esse hexametrum, ut sublimitate risum concitaret. cf. Müller. l. c. Pauca quae servantur Rhinthonis fragmenta jambico metro conscripta sunt. Habes senarium apud Ciceron. ad Attic. I., 20. ubi vide intpp.

οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει

rite confectum, qui tamen an Rhinthonis fuerit, non est certissimum ob Ciceronis dubitanter laudantis verba: ut ait Rhinthon, ut opinor. Reperiuntur senarii alii iique boni ex Meleagro apud Herodian. p. 19. 27. 30. ed Dindorf., misere autem corrupti sunt versus ex Rhinthonis Hercule apud Athen. XI. p. 500. f.

Ἐν ὑστιακῷ τε καθαρὸν ἐλατῆρα
καθαρῶν τ' ἀλήτων κάλφιτων ἀπεῤῥόφεις.

nec sanavit eos Osannus p. 71. scribendo *ἐλατήριον*, exspectamus accuratiorem optimi codicis A. collationem, quam pollicitus est Dindorfius. Ceterum ipse Rhintho non severiorum metri legum admodum curiosus erat, quod ipse per jocum enuntiat in versu apud Hephaestionem pag. 9. Gaisf. (pag. 4. Pauw.), ubi post jambum (*ὥς σε Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη*), cujus thesis ultima modo insolita licentia corripi potest, sic pergit:

ἴθ' Ἱππώνακτος [37]) *τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέλει.*

ac profecto ipsa versuum negligentia quibusdam in locis vim comicam augere poterat. Equidem credo, etiam alia metra jambica, trochaica, anapaestica cet. a Rhinthone esse adhibita, ut verum sit, quod ait Osannus sibi ipse adversatus p. 71., metro Rhinthonis dramata non discrepasse a vulgata tragoedia et comoedia. Quibus de metro expositis superest, ut erratum esse a Lydo moneamus, qui destitutus a duce suo Donato atque hariolatus male confuderit Romanam satiram cum dramate satyrico a fabula Rhinthonica non omnino alieno, aliorum fortasse deceptus exemplo. v. Reuvens pag. 82 sq. Müller l. c., nullam enim rem esse saturae Romanae cum satyrico Graecorum dramate; omnibus dudum probavit Casaubonus.

---

lerus p. 365. apud Hesych. s. v. *ἄσεκτος φιλοσόφῳ* mutat in *Τηλέφῳ*, vereor ne non recte. 36) Jambicum praeterea est Sopatri fragmentum apud Athen. III. p. 86. a., item Scirae IX. p. 402. b. De Blaesi loco XI. p. 487. c. non liquet. Rhinthonis fragmentorum collectionem paucorum, quae exstant, olim vir doctus promisit Grysar de Doriens. comoed. tom. I. praef. pag. XI. 37) Metrum Hipponacteum est jambicus trimeter claudus, de quo adi Hermann. element. doctr. metr. p. 142 sq. Idem versus noster excitatur in anecdotis Bekkeri tom. III. p. 1176. sine syllaba *ἴθ'* ob *κτ. τὴν κοινὴν συλλαβὴν ἀποτελοῦντα.* cf. Schaefer ad Gregor. Corinth. p. 873. Apud Herodianum in codice Leid. ms. ob *κτ.* laudatur versus: *Ἱππώνακτος τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέγα,* ubi *μέλει* reposuit Valckenaer ad Eurip. Phoeniss. p. 509. Hephaestionem secutus, et *παρὰ Τυρίνθῳ* recte mutavit in *παρὰ τῷ Ῥίνθωνι.* — Male Heraldus Arnobii verba adv. gent. V., 21.: tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: taurus draconem genuit et taurum draco explicat, dum versus auctorem putat Rhinthonem. Rectius alii Tarentinum mutarunt in tritum. cf. intpp. — Praeter fragmenta metrica, e quibus Rhinthonis ingenium censeri nequit, servatum est ejus dicterium apud Varron. de re rust. III., 3.: sua nihil interesse, utrum piscibus (nimirum scaris ac mugilibus) stagnum habeat plenum an ranis. Columella VIII., 16. poetae lasciviam significaturus ait: nullus est hoc saeculo nebulo ac Rhintho cet. Videmus

tum sit, differre hilarotragoediam a mimis et cinaedis, addamus etiam hoc, non plane easdem videri hilarotragoediam et **hilarodiam**. *Ἱλαρῳδίαν*, lascivum et delicatum carmen Festus: hilarodos, carmen potius fuisse quam fabulam, idque saltatione et actione mimica exornatum, ab hilarodis solis decantatum esse, jam olim suspicatus est Cuperus observv. pag. 75. cf. Reuvens p. 39 sq., nec prorsus repugnat Athenaei locus XIV. p. 621., ex quo perspicitur hilarodiam imitationem fuisse mimicam rei tragicae, magodiam comicae Villoison anecd. tom. I. p. 352. Mahne diatrib. p. 164., ita tamen, ut non multum ambae inter se differrent Athen. l. c. p. 620. d. e., accedentes ad mimorum argumenta. Salmas. ad Solin. pag. 77. a. (repugnante Eichstadio de dram. comic. satyr. p. 43 sq.). Hilarodi etiam Simodi, magodi Lysiodi appellabantur, quos tamen rursus inter se distinguit Aristoxenus apud Athen. l. c. Haec utut sunt, contra sententiam Salmasii ad Solin. p. 77. a. aliorumque prorsus abstineo a similitudine hilarodiae et hilarotragoediae iisque totus faveo, qui probe distinguendum esse censent v. Reuvens pag. 39 sq. Profecto nihil nisi nomina ad rerum similitudinem quemquam adducat, argumentum sane quam irritum, dummodo reputaveris, hilarotragoediae nomen unius Suidae auctoritate firmari, qui illo usus *τὴν φλυακογραφίαν* explicaturus erat, deinde tempore etiam hilarodia differt ab hilarotragoedia, cum illam jam noverit Aristoxenus apud Athen. XIV. p. 621. c. cf. Osann. pag. 71.

Rhinthonis *φλύακες* vera erant *δράματα* Müller. Dor. II. p. 365., ut quidem placuit Eichstadio acuto harum rerum judici in libro laudato p. 43 sq., cui Rhinthonis hilarotragoedia quaedam satyrici dramatis origine Attici imitatio fuisse non sine magna probabilitate visa est. cf. Salmas. p. 776. Ferebantur apud veteres Rhinthonis fabulae triginta octo Stephan. Byz. *Τάρας*, recteque vocat has fabulas tragicas et comicas Suidas s. v. *Ῥίνθων*, quod tragicum argumentum comicorum ratione tractatum erat. Eichstaedt pag. 51 sq. Grysar p. 54., male Cuperus p. 74. Confirmant nostram de Rhinthonis fabulis latam sententiam earum, quae tulerunt aetatem nostram, inscriptiones ad fabulas poetarum tragicorum spectantes cf. Fabric. bibl. graec. tom. II. p. 320. Harl. **Amphitruonem** laudat Athenaeus III. p. 111. C., quam fabulam nescio an Plautus Rhinthone paullo minor ante oculos habuerit scripturus, quod ipse dicit in prologo v. 59, tragicocomoediam [34]); non aliud praeter hoc simile argumentum tractavit poeta Latinus. **Herculem** Rhinthonis laudavit idem Athenaeus XI. p. 500 f., cui fabulae deberi quaedam per jocum de Hercule tradita (Müller Dor. tom. I. p. 456 sq. Grysar p. 49 sq.), mihi persuadeo. Scripsit deinde Rhintho **Iphigenias** duas Tauricam et Aulidensem Pollux VII, 61. 90, **Medeam** Hesych. *κομάκτωρ*, **Orestem** Hephaest. p. 9. Gaisf., **Telephum** Pollux X, 35 [35]). Eadem argumenta, quod verbo moneo, tractaverat Euripides (de Telepho vide Athen. V. p. 186. c. Aristoph. Acharn. 446), ut dubium esse non possit, quin illas Euripidis fabulas Rhintho cavillatus sit Müller Dor. II. p. 364, quae quantum lusibus ac joco materiam subministraverint, Aristophanes innumeris locis documento est. cf. Rötscher de Aristophane p. 221 sq. Occurrit denique Rhinthonis fabula **Meleager** servus apud Herodianum grammaticum, argumentum sane in comicorum deliciis, ut Scirae fabula comprobat. Aliud fabulae Rhinthonicae nomen apud Hesychium latere videtur. s. v. *κάρκαρα*. vide ibi intpp. Atque haec quidem de singulis poetae dramatis.

De **metro** quaeritur, quo Rhintho in fabulis suis usus sit. Magnam in hac disquisitione movet difficultatem Laurentius Lydus 41., qui ait: *Ῥίνθων ἐξαμέτροις ἔγραψε πρῶτος κωμῳδίαν*, admodum mire. De metris iambicis vel trochaicis hoc loco cogitandum non esse, facile apparet ex iis, quae statim sequuntur, verbis: *ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ῥωμαῖος ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε κ. τ. λ.*, nec dubium est, quin Lydus de hexametris dactylicis loquatur. Reuvens pag. 80. Huic quidem sententiae tantum veritatis tribuit Osannus p. 75., ut vel in antecedentibus scriberet *Ῥινθωνικὴ ἡ ἐξαμετρικὴ*, quum vulgo legeretur *ἐξωτικὴ*, sed ista emendatione etsi nullam certiorem

---

Verba *οὐ μικρῶν* cur conjecturis tentata sint ab omnibus, non video. De toto Lydi loco adde Mülleri sententiam Dor. tom. II. p. 365. [34]) Cf. Luctat. ad Statii Theb. IV., 147. Eichstaedt. p. 45. Cuperi observ. p. 69 sq. Grysar. pag. 55. Tragicocomoediam i. e. hilarotragoediam non omnino incognitam fuisse Romanis, dicas propter similitudinem Atellanarum fabularum. Casaub. de poes. satir. p. 184. Rambach. — Attii Amphitryo tragoedia erat, multi poetae scenici hanc materiam sibi tractandam sumserunt, et tragici et comici. v. Reuvens. collect. pag. 6 sq. [35]) Hanc fabulam non viderat Pollux, ut ipse ait. Mül-

existimat, recte tamen a Langio vindic. trag. Rom. p. 51., assentiente Müllero Dor. tom. II. p. 365. observatum est, commode extraneum dici posse illud comicae poeseos genus, quia in Graecis theatris exhiberi solitum est, Romae publice non edebatur. Ego qui fieri potuerit, ut hexametris heroicis comoedias suas Rhintho scriberet, non video, nisi dicas, eas non dramatum sed carminum instar fuisse, neque cantata, neque saltata, nedum acta, ut voluit Cuperus p. 75 sq., accedente Rambachio ad Casaub. de poes. satir. p. 92. *Κωμῳδίαι* quidem, opinor, erant hilarotragoediae Reuvens p. 85 sq., sed non dramata omnibus numeris absoluta; nec puto quemquam ex Acronis verbis ad Horat. sat. I., 10, 64. «Graeci non scripserunt satiram integram, hoc est heroico carmine, sed miscuerunt eam comoediis» eam sententiam velle extricare, ut dicat, hexametros immistos fuisse comoediis. Id quidem ut efficeret contra Reuvensium pag. 81 sq., enixe contendit Osannus pag. 72 sq., parodorum usus exemplis, sed mihi nunquam persuadebit, quid enim epici parodi, etiamsi pro carmine aliquando in theatris recitati sunt, ad nostram rem pertinent? Correxit Sopatri [36]) *φλυακογράφου* fragmentum apud Athen. XIV. p. 656. f. in eum modum Osannus, ut hexametrum conficeret, sed nihil aliud concedi potest, quam uno alterove loco in his fabulis positum esse hexametrum, ut sublimitate risum concitaret. cf. Müller. l. c. Pauca quae servantur Rhinthonis fragmenta jambico metro conscripta sunt. Habes senarium apud Ciceron. ad Attic. I., 20. ubi vide intpp.

οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει

rite confectum, qui tamen an Rhinthonis fuerit, non est certissimum ob Ciceronis dubitanter laudantis verba: ut ait Rhinthon, ut opinor. Reperiuntur senarii alii iique boni ex Meleagro apud Herodian. p. 19. 27. 30. ed Dindorf., misere autem corrupti sunt versus ex Rhinthonis Hercule apud Athen. XI. p. 500. f.

Ἐν ὑστιακῷ τε καθαρὸν ἐλατῆρα
καθαρῶν τ' ἀλήτων κάλφίτων ἀπεῤῥόφεις.

nec sanavit eos Osannus p. 71. scribendo *ἐλατήριον*, exspectamus accuratiorem optimi codicis A. collationem, quam pollicitus est Dindorfius. Ceterum ipse Rhintho non severiorum metri legum admodum curiosus erat, quod ipse per jocum enuntiat in versu apud Hephaestionem pag. 9. Gaisf. (pag. 4. Pauw.), ubi post jambum (*ὥς σε Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη*), cujus thesis ultima modo insolita licentia corripi potest, sic pergit:

ἴθ' Ἱππώνακτος [37]) *τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέλει.*

ac profecto ipsa versuum negligentia quibusdam in locis vim comicam augere poterat. Equidem credo, etiam alia metra jambica, trochaica, anapaestica cet. a Rhinthone esse adhibita, ut verum sit, quod ait Osannus sibi ipse adversatus p. 71., metro Rhinthonis dramata non discrepasse a vulgata tragoedia et comoedia. Quibus de metro expositis superest, ut erratum esse a Lydo moneamus, qui destitutus a duce suo Donato atque hariolatus male confuderit Romanam satiram cum dramate satyrico a fabula Rhinthonica non omnino alieno, aliorum fortasse deceptus exemplo. v. Reuvens pag. 82 sq. Müller l. c., nullam enim rem esse saturae Romanae cum satyrico Graecorum dramate; omnibus dudum probavit Casaubonus.

---

lerus p. 365. apud Hesych. s. v. *ἄσεκτος φιλοσόφῳ* mutat in *Τηλέφῳ*, vereor ne non recte. [36]) Jambicum praeterea est Sopatri fragmentum apud Athen. III. p. 86. a., item Scirae IX. p. 402. b. De Blaesi loco XI. p. 487. c. non liquet. Rhinthonis fragmentorum collectionem paucorum, quae exstant, olim vir doctus promisit Grysar de Doriens. comoed. tom. I. praef. pag. XI. [37]) Metrum Hipponacteum est jambicus trimeter claudus, de quo adi Hermann. element. doctr. metr. p. 142 sq. Idem versus noster excitatur in anecdotis Bekkeri tom. III. p. 1176. sine syllaba *ἴθ'* ob *κτ. τὴν κοινὴν συλλαβὴν ἀποτελοῦντα.* cf. Schaefer ad Gregor. Corinth. p. 873. Apud Herodianum in codice Leid. ms. ob *κτ.* laudatur versus: *Ἱππώνακτος τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέγα*, ubi *μέλει* reposuit Valckenaer ad Eurip. Phoeniss. p. 509. Hephaestionem secutus, et *παρὰ Τυρίνθῳ* recte mutavit in *παρὰ τῷ Ῥίνθωνι.* — Male Heraldus Arnobii verba adv. gent. V., 21.: tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: taurus draconem genuit et taurum draco explicat, dum versus auctorem putat Rhinthonem. Rectius alii Tarentinum mutarunt in tritum. cf. intpp. — Praeter fragmenta metrica, e quibus Rhinthonis ingenium censeri nequit, servatum est ejus dicterium apud Varron. de re rust. III., 3.: sua nihil interesse, utrum piscibus (nimirum scaris ac mugilibus) stagnum habeat plenum an ranis. Columella VIII., 16. poetae lasciviam significaturus ait: nullus est hoc saeculo nebulo ac Rhintho cet. Videmus

Dicendum denique est de dialecto. Paucis, quos laudavimus, versibus nihil evincitur, sed Rhintho dubitari nequit quin vetere scripserit dialecto Tarentina [38]) propter locum Apollonii Dyscoli de pronom. p. 364. c. Bekk., idque ea de causa instituisse videtur, quod ante suam ipsius aetatem in solemnibus Bacchi ad oblectandum populum patrio sermone nugatoriae fabulae ederentur, quarum (φλυάκων) nomen Rhinthonis dramata retinuere. Grysar. pag. 54 sq. Müller pag. 364., ipse jam ad artis normam constituit et immutavit veteres plebis delicias, ἀρχηγὸς dictus τῆς ἱλαροτραγωδίας a Suida. Minime tamen ambigo, quin Tarentina dialecto ea, qua decet artificem, ratione poeta usus sit, temperando et emendando, quemadmodum et Sophronem et Epicharmum fecisse existimo; judicandum de his exemplo Theocriti in dialecto non semper sibi constantis. Ceterum, quoniam multa intexuit Rhintho fabulis suis vocabula vel omnino rariora vel Magnae Graeciae et Tarentinis propria, mature ea a grammaticis illustrata sunt glossematis, quorum plura aetatem nostram tulere. Sic Athenaeus l. c. Rhinthonis fragmentum notavit propter usum vocis ὑστιακόν, poculum quoddam significantis, quam vocem Hesychius s. v. ὑστιακός tribuit Italiotis, inventam in Diodori γλώσσαις Ἰταλικαῖς. cf. Valckenaer ad Theocr. Adon. p. 294. B. Memorantur aliae voces ὁ φαινόλης i. e. paenula Pollux VII., 61. cf. Hesych. s. v. φαινόλα cum intpp. Schweigh. ad Athen. III., 52. —κράββατον, grabatus Pollux VII., 35., ubi Kuhnius censet hanc vocem a Siculis et Tarentinis emanasse ad vulgarem Graeciae dialectum. cf. intpp. ad Phrynich. pag. 62 sq. ed. Lobeck. Sturz de dialect. Maced. pag. 175 sq. — κάλτιος, calceus Pollux VII., 90., ὑπόδημα κοῖλον. Hesych. κάλτοι, vox Sicula Salmas. ad Tertullian de pall. p. 387., Italiotis alias ὑποδήματα vocantur βαστά. Hesych. s. v. — ἀγλευκές injucundum, Siculum esse vocabulum videtur, frequens Rhinthoni. Suid. s. v. Comparativus ἀγλευκέστερος legitur apud Xenoph. Hieron. I., 21. intpp. ad ejusd. Oecon. VIII., 3. Lobeck ad Phryn. p. 89 sq. 536. —Δίς vetus forma pro Ζεύς Bekker anecd. tom. III. p. 1194., sed improbata a grammatico. cf. Maittaire de dialect. p. 268 sq. Sturz. Multa apud Hesychium leguntur e Rhinthone petita, sic ἄσεκτος: ἀγαθός — γαλεοί: μάντεις (Perizon. ad Ael. V. H. XII., 46. adde Cic. de divin. I., 20) apud Rhinthonem piscium genus. cf. intpp. ad Hesych. l. c. — ζεῦγοι: βρόχοι ὀρνίθων. Vales. ad loc. — κάρκαρα: μάνδρα, sed mutilus est locus, vulgo est carcer Diod. exc. Photii. tom. II. p. 516. Wesseling., quae vox ex idiomate Graeco habet originem. — κομάκτωρ: ἡ λέξις παρὰ Ῥίνθωνι, procul dubio a κομᾶν — σαλιᾶ: ἀρκεῖ, ut videtur ab ἅλις, anteposito sigmate loco spiritus, ad legem dialecti Italicae. Schneider latein. Elementarlehre tom. I. p. 198., unde Latinorum satis. ibid. p. 257. — σαπυλλεῖν: σαίνειν, verbum Doricum, ut putat Hemsterhusius ad Hesych. ἀπυλλέτω tom. I. p. 504. ed. Alberti. — σάννορος: μωρός, vulgo σάννας a σαίνειν, unde Latinorum sanna et sannio — σάρματα: κόπρια a verbo σαίρειν vel σαροῦν intpp. ad Phrynich. p. 83. Lobeck. Sturz de dialect. Maced. p. 192., unde Latinorum sarrire. cf. Favorin. — τροχαία: ἡ ὁδός, apte, in qua τρέχουσι — ὕδρανα: εἰς θυσίαν ἀκραιφνές. — Plura dabimus in disquisitione singulari de dialecto Tarentina.

Praestigiatores.

Iis, quae de re scenica apud Tarentinos disputata sunt, appendicis loco pauca addo de praestigiatoribus. Tradit enim Athenaeus I. p. 20. a., famosos apud Alexandrum Magnum fuisse θαυματοποιούς Scymnum Tarentinum, Philistiden Syracusanum et Heraclitum Mytilenaeum (cf. Plehn Lesbiac. p. 203.), qui, quum suas amicorumque nuptias (descriptas a Charete ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν apud Athen. XII. p. 538 sq.) insigni pompa rex celebrabat, artibus oblectabant spectatorum frequentiam, in his enim nuptiis, ut ait Chares, ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων καὶ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Exscripsit Athenaei locum Aelianus V. H. VIII, 7., ut docent verba utriusque auctoris inter se comparata, adeo tamen negligenter in hoc negotio versatus, ut Indicos faceret illos praestigiatores. vide Perizon. ad Aelian. l. c. Negari quidem vix po-

---

hominem non abstinuisse a ridendis civium moribus, ut credit Grysar. pag. 53., illudentem iis, qui, mari piscibus abundante, magnas sibi pararent piscinas. [38]) Doricum certe est fragmentum Iphigeniae apud Polluc. VII., 61: ἐχούσῃ καινὰν φαινόλαν. cf. Hesych. φαινόλα ibiq. intpp.

terit, fuisse olim in India, ut nunc sunt, praestigiatores, nam leviores atque expeditiores prae ceteris hominibus dixit Indos Arrianus Indic. cap. 17., verum illo tempore ii potius in Asia minori et Graecia omni luxuria corruptis inveniuntur, atque Graecos fuisse homines praestigiatores apud Alexandrum docet ipse Athenaei locus. Praestigiatrices mulieres in caput per erectos gladios nudas sese provolventes in nuptiis Carani Macedonis aetate Demetrii Poliorcetae, ut videtur, memorantur ab eodem Athenaeo IV. p. 129. d. cf. pag. 128. a. b., atque Byzantini dicuntur (vide Pseudo-Aristotel. oecon. II, 3. pag. 5. Schneider) habuisse certa in urbe loca, in quibus quaestum facerent *οἱ θαυματοποιοί*, item assignasse quaestus partem tertiam certis collegiis. Nihil igitur obstat, quominus idem illud Tarentinis institutum fuisse confirmes, praesertim *αὐλητηρίου* ab Hesychio laudati memor.

In disputationis fine id observatum velim, legi nonnulla **ludorum** apud Tarentinos nomina in Hesychii libro. Sic ille *ἐξάγω χωλὸν τραγίσκιον· παιδιᾶς εἶδος παρὰ Ταραντίνοις.* cf. Meurs. de lud. Graec. pag. 13. deinde *ἐςβοθύν. εἶδος παιδιᾶς Ταραντίνοις.* Fortasse legendum *ἐς βόθυνον*, in fodinam. Meurs. p. 16.; postremo *ταορείη. δᾶ. κεφαλή. ἡ παιδιὰ παρὰ Ταραντίνοις.* Meurs. pag. 61.